MASTER NEGATIVE
NO. 93-81196-19

AUTHOR:

ARBS, HENRICUS

TITLE:

DE ALCIBIADE I QVI FERTVR PLATONIS...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1906

Master Negative #

93-81196-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Arbś, Henricus, 1881–

De Alcibiade I qvi fertvr Platonis ... Bonnae, typis Caroli Georgi, 1906.

71, [1] p. 22½cm.

Inaug.-diss.—Kiel.
Vita.

Volume of dissertations.

1. Plato. Alcibiades.

10-19826

Library of Congress B391.A54A6

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-22-93 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ALCIBIADE I QVI FERTVR PLATONIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA KILONIENSI

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICVS ARBS

RENDSBVRGENSIS.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI

1906.

Zum Druck genehmigt:

Dr. **Rodenberg,**
z. Zt. Dekan.

26. Juni 1906.

SIGOFREDO SVDHAVS
PAVLO WENDLAND

Argumentum.

Prooemium.

Fuerunt olim, qui putarent libellum auctori suo abiudicatum nullius fere momenti esse, itaque nihil faciebant, ut verum tempus et verum auctorem vel, si hoc fieri non poterat, indolem atque ingenium eius indagarent. Quod admodum falsum esse facile intellegi potest. Nam si talis liber nomine alius cuiusdam ornatus esset, statim omnes de eo egissent. Cur non multo magis, si omnia in coniectura posita sunt? Nam persaepe talibus scriptis novam partem litterarum cognoscere possumus ceteroquin inexploratam. Et quomodo philologus magis delectari potest, quam si explanari potest, qua quis ratione libellum composuerit: clarissimum auctorem imitatus sine mente ac ratione compilavit an tamen arte quadam in componendo libello usus est? Cui aetati libellus casu quodam scriptis clarissimi auctoris attributus inserendus est? Quis auctor fuit? Illa falsa ratio quaerendi etiam in dialogo Alcibiade I, qui fertur Platonis, de quo disputare mihi propositum est, perspici potest, quod quidem nemo non intelleget historia huius dialogi enarrata.

Atque ille, qui primus de ordine et aetate dialogorum Platonis uberius agebat, Schleiermacherus[1], non genuinum dialogum Alcibiadem I esse acriter contendit, sed nihil certi de hoc dialogo constituere audet[2]. Non multo post Astius[3]

---

[1] Schleiermacher, Platos Werke II. 3 p. 289 ff. Berl. 1809.

[2] p. 297. „Andere möchten wir noch auf etwas aufmerksam machen, woraus sich vielleicht in der Folge — denn wir selbst sind gar nicht gesonnen, diese Sache hier auch nur anzuregen — genauere Aufschlüsse ergeben könnten über die eigentliche Entstehungsart und Herkunft unseres Gespräches.“ — Tamen inde ab anno 1809 nemo de hac re distinctius disputavit.

[3] Friedrich Ast, Platos Leben und Schriften. p. 435—441, Leipzig 1816.

id quod Schleiermacherus sensum magis secutus quam rationes affirmat, rationibus comprobare conabatur. Sed ipse quoque nihil certi explanare in animo habebat, quod ipse in fine disputationis affirmat[1]. Atque Schleiermacherus et Astius mihi iam comprobasse videntur dialogum Alcibiadem I non genuinum esse. Quo magis mirandum est post hos viros cum doctissimos tum sagacissimos Socherum[2] exstitisse qui Platoni denuo dialogum attribueret. Qua disputatione optime mihi demonstrari videtur, quam falsum sit viros doctos in talibus rebus sensum solum sequi. Nihilominus Hermannus[3], Steinhartius[4], Stallbaumius[5] quoque Alcibiadem I Platoni attribuunt, qui omnes putant Platonem iuvenem Socrate etiam vivo dialogum scripsisse. Nam quicumque genuinum eum esse putat, ultro cogitur eum scriptis Platonis quodam loco inserere. At deinde Zellerus[6], Cobetius[7], Hirzelius[8], Brunsius[9] omnes deinceps dialogum nullo modo genuinum esse contendebant. Zellerus quidem relegat nos ad Schleiermacherum et Astium ipse quoque locos Platonis et Xenophontis ab imitatore adhibitos locis iam ab Astio allatis addens. Cobetus ne unum quidem alium virum doctum nominans sensum magis sequitur quam rationes. Hirzelius autem putat dialogum contra Aristoxenum Syracusanum, Aristo-

[1] p. 441. „So liessen sich noch mehrere Ausstellungen machen, wenn es für den Einsichtigen noch eines Beweises bedürfte, dass auch dieses Gespräch in der Reihe der echten Schriften des Platon keinen Platz behaupten kann."

[2] Joseph Socher, Über Platons Schriften, p. 111—122. München 1820.

[3] K. F. Hermann, Geschichte und System der platonischen Philosophie I, p. 439 ss. Heidelberg 1839.

[4] In prolegomenis ad Muelleri versionem germanam I, p. 133. Leipzig 1850.

[5] In editione Platonis V, 1—2 1834—1835, p. 169 ss.

[6] In recensione versionis Germanicae Muelleri et prolegomenorum Steinhartii, Zeitschrift für die Altertumswissenschaft, Neunter Jahrgang (1851) p. 259—261.

[7] Cobet, ad Platonis, qui fertur, Alcibiadem I, Mnemosyne, Nov. ser. II (1874) p. 369 ss.

[8] Rudolf Hirzel, Aristoxenos und Platons Alkibiades I, Rhein. Mus. 1890 p. 419.

[9] Ivo Bruns, Litter. Porträt 1896, p. 339 ss.

telis discipulum, a discipulo quodam Platonis scriptum esse, qui Socratem vituperaverat, quod divinis rebus neglectis, quae in Alcibiade I praedicantur, humanas res cognosci posse putavisset. Brunsius tandem cum compositionem malam tum sententias a Platone alienas acerrime condemnat. Nuperrime tandem Adamius[1] denuo eum Platoni attribuendum esse affirmavit, sed non iuveni, quod Hermannus, Steinhartius, Stallbaumius putaverant. Comprobare enim conatur eum fere eadem aetate, qua Plato Rempublicam scripserit, compositum esse. Quem errorem commisit, quia sensum solum sequebatur et putabat angustioribus finibus quaestionem contineri posse.

Sed iam perspicuum est tandem aliquando opus esse de hoc dialogo finem quaerendi facere et id suscipere, quod iam anno 1809 Schleiermacherus proposuerat[2].

[1] Rudolf Adam, Über die Echtheit und Abfassungszeit des platonischen Alkibiades I, Archiv für Geschichte der Philosophie 14, N. F. 7 (1901) p. 40 ss.

[2] cf. de hoc dialogo etiam: Wendland, Anaximenes von Lampsakos, Studien zur ältesten Geschichte der Rhetorik, Weidmann 1905, p. 68[2]: „(Platos) I Alk., der sich mit diesem (III. 6.) und anderen Kapiteln der Memorabilien mehrfach berührt, ist meines Erachtens von Xen. beeinflusst". Raeder, Platos philosophische Entwickelung, Leipzig 1905, p. 24 s. Dialogum Platoni abiudicat, etsi dubitare videtur. cf. etiam p. 21. Praeterea Ioëlius in libro, cui inscribitur „Der echte und der xenophontische Sokrates" (1893) I, p. 495—502 uberius de A I agit. Dubitat de Platone auctore, quia Antisthenes Cynicus maximi momenti in dialogo componendo fuerit. At ego puto auctorem dialogi, si modo doctrinam Cynicorum quibusdam locis sequitur, magis saeculum quam Cynicos ipsos sibi conscium secutum esse. — Ceterum Ioëlius ubique Antisthenem invenit.

I.

Socrates in Alcibiade I, qui fertur Platonis, tamquam amator Alcibiadis describitur, quod iam demonstratur terminis, quibus iisdem Plato in rebus amatoriis utitur. (ἐραcτήc p. 103 A, 131 CE, ἔρωc 105 A, παιδαγωγεῖν 135 D κτλ.) Etiam historia huius amoris nobis breviter in dialogo narratur. Iam per multos annos Socrates Alcibiadem silens secutus est, cum alii amatores passim cum eo colloquerentur (p. 103 A, οἱ μὲν ἄλλοι δι' ὄχλου coι ἐγένοντο διαλεγόμενοι, ἐγὼ δὲ τοcούτων ἐτῶν οὐδὲ προcεῖπον κτλ.). Quin etiam ut verus amator ante portam domus Alcibiadis dies noctesque versatus est, ut eum exspectaret, quod concludi potest e loco p. 106 E: ταῦτ' ἐcτι ἃ cὺ ἐπίcταcαι, εἰ μή πού τι μανθάνων ἐμὲ λέληθαc· οἶμαι δέ γε οὔτε νύκτωρ οὔτε μεθ' ἡμέραν ἐξιὼν ἔνδοθεν. Sed daemonium illud semper eum prohibuit, Alcibiadem alloqui (p. 103 A . . ἐγὼ δὲ τοcούτων ἐτῶν οὐδὲ προcεῖπον. τοῦτο δὲ τὸ αἴτιον γέγονεν οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλά τι δαιμόνιον ἐναντίωμα. Iam tandem desiit resistere et statim Socrates Alcibiadem alloquitur. (p. 103 B νῦν δ' ἐπειδὴ οὐκέτι ἐναντιοῦται, οὕτω προcελήλυθα· εὔελπίc εἰμι καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐναντιώcεcθαι αὐτό . .) Ab hac prima allocutione[1] dialogus initium capit primamque collo-

[1] Putaverit quispiam propter stultitiam huius fabulae rem aliter interpretandam esse: Puerum Alcibiadem Socrates iam allocutus erat et amare coeperat, sed pubescentem dereliquerat, ut paulatim levitate iuvenili sublata dignus fieret philosophia Socratis, quod quidem initio dialogi factum est. At huic interpretationi contradicunt cum sententia Schleiermacheri (l. l. p. 297) tum loci dialogi ipsius, imprimis p. 105 E νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι coι καὶ πρὶν τοcαύτηc ἐλπίδοc γέμειν, ὡc ἐμοὶ δοκεῖ. οὐκ εἴα ὁ θεὸc διαλέγεcθαι, ἵνα μὴ μάτην διαλεγοίμην· νῦν δὲ ἐφῆκε· νῦν γὰρ ἄν μου ἀκούcαιc (cf. p. 103 A 104 E 135 D. Praeterea p. 106 A (πολύ γέ μοι, ὦ C. νῦν ἀτοπώτεροc αὖ φαίνῃ, ἐπειδὴ ἤρξω λέγειν, ἢ ὅτε cιγῶν εἵπου. καίτοι cφόδρα γε ἦcθ'

cutionem nobis describere vult. Socrates putat daemonium sibi usque ad illud tempus restitisse, quia Alcibiades tum primum maturus factus sit, et affirmat se solum verum amatorem esse, cum non corporis formam, sed animi pulchritudinem amet. Ceteros amatores propter pulchritudinem corporis desinentem adulescentem deseruisse: ὁ δέ γε τῆc ψυχῆc ἐρῶν οὐκ ἄπειcι, ἕωc ἄν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃ . . οὐκοῦν ἐγώ εἰμι ὁ οὐκ ἀπιών, ἀλλὰ παραμένων λήγοντοc τοῦ cώματοc; . . . οὔτ' ἐγένεθ', ὡc ἔοικεν, Ἀλκιβιάδῃ τῷ Κλεινίου ἐραcτὴc οὔτ' ἔcτι, ἀλλ' εἷc μόνοc καὶ οὗτοc ἀγαπητόc, Cωκράτηc p. 131 D.

Haec omnia eam ob rem uberius attuli, ut absurdam doctrinam, ut ita dicam, amatoriam eius qui hunc dialogum composuit, melius cognoscamus. Quae haec fere est: Verus amator non corporis pulchritudine, sed animi morumque pulchritudine movetur, ut adolescentem amet. Pulchritudine corporis nullo modo opus est, quia corpus senescit, animus numquam. Hic verus amator animum iuvenis amati emendare omnibus viribus vult amicitiaque per totam vitam integra manet. Sic statim videmus libidinem corporis pulchri nusquam intercedere. Itaque cum animus oculis perspici non possit, is, qui adolescentem amare vult, observare cogitur, num fortasse animus eius emendari possit[1]. Quam ob rem eum sequi cogitur. Alius fortasse adolescentem sermonibus cognoscere conatur, quod in Alcibiade I daemonium prohibet. Sed quare tandem, quaeso vir ad amorem concitatur? Non pulchritudine corporis, quia haec nihil valeat, non animo amor concitatur. Itaque iam hic repugnantia exsistere mihi videntur. Quam ob rem auctor dialogi fingit amorem Socratis reputando et considerando, num adolescentis animus emendari possit, commoveri, quam ob rem eum observat. Sed iam denuo interrogamus, cur hunc ipsum adolescentem Socrates adamaverit, praesertim cum amor admodum ardens describatur; Socrates enim, quamquam dae-

ἰδεῖν καὶ τότε τοιοῦτοc) exspectaremus Alcibiadem quamvis breviter a Socrate quaesiturum esse, cur se subito ante multos annos dereliquerit neque iam allocutus sit. At hac ipsa dubitatione perspicuum est, quam absurde auctor hanc rem finxerit, ita ut aliqua re coactus esse videatur.

[1] Num auctor sequitur Theaet. p. 143 D?

monium eum alloqui prohibet, tamen mira quadam constantia eum non deserit.

Huiusce fere modi doctrina amatoria philosophi huius esse videtur, ad quam illustrandam infra denuo revertar, quo loco de fontibus disputabo. At nunc nobis mirandum est, quomodo quis umquam putare potuerit Platonem hunc dialogum composuisse, cum id ipsum, ex quo omnia dialogi membra nasci opus est, amatoria doctrina, plane a Platonis doctrina ita abhorreat, ut Plato et auctor Alcibiadis I contrarium doceant. Quae contradictio ut melius intellegi possit, quam brevissime mihi Platonis doctrina amatoria[1], qualis in Phaedro et Convivio exstat, enarranda est.

Atque primum Plato in Phaedro res amatorias attingit. Id, quo amor concitatur numquam boni mores pulcherque animus adolescentis cuiusdam sunt, sed semper pulchrum corpus. Qua pulchritudine corporis quantopere animus et corpus amatoris concitetur, Plato omnibus coloribus exprimere conatur. Amator semper prope adolescentem pulchrum versari cupit, ut corpore eius pulchro fruatur. (p. 254 A . . ἀναγκάζει ἰέναι πρὸς τὰ παιδικὰ καὶ μνείαν ποιεῖσθαι τῆς τῶν ἀφροδισίων χάριτος . . p. 255 E ἐπιθυμεῖ δὲ ἐκείνῳ παραπλησίως μέν, ἀσθενεστέρως δέ, ὁρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι . .) Itaque perspicuum est libidinem pulchri corporis admodum excitatam esse, etsi paulatim amor magis animae amor fit. Quantopere libido moveatur, Plato imagine illorum equorum nobis describit, quorum alter cum altero gravissime confligit. Ex hac ipsa pugna concludi potest, quantam Plato partem libidini corporis tribuerit. Nam paene fieri non posse putat, ut libidini omnino resisti possit, ita ut amorem tum etiam purum et generosum esse dicat, si amantes rarius libidine vincantur. Quam concessionem in Platone plurimum valere puto.

Etiam in causis amoris illustrandis argumentum libidinis pulchri corporis esse mihi videtur. Nam Plato doctrinam

[1] cf. Ivo Bruns, Attische Liebestheorien. Neue Jahrbücher für das klass. Altertum III (1900) 1. Abt. p. 17 ss. (Vorträge und Aufsätze, München 1905, p. 118 ss.). Crain, De ratione quae inter Platonis Phaedrum Symposiumque intercedat. Comm. philol. Jenenses vol. VII 1906.

Democriti secutus putat corpuscula quaedam ex pulchro corpore adolescentis ad amatoris oculos transfluere, ita ut bene intelligatur animam nihil valere posse in amore concitando.

Maximum autem argumentum praebet doctrina illa metaphysica, qua Plato intimam causam omnis amoris positam putat. Pulchritudo ideis omnium rerum simillima est, cum tenuissimo sensuum concipiatur, oculis, cum iustitia, sapientia, aliae virtutes nullo modo videri possint. Itaque si quis pulchrum corpus videt, statim memoria idearum, quas olim vidit, excitatur. Et haec quidem memoria amor est. Animi generosiores et meliores paulatim ad animi pulchritudinem amandam transeunt, cum inferiores modo bestiarum inter se ament. Itaque ex argumentis modo allatis manifestum est pulchrum corpus primum amorem concitare.

Iterum Plato de eadem re in Convivio philosophatur neque eodem modo. Sed id, quod mea causa plurimum interest, idem manet. Omnia enim animalia, cum maxime florent et vigent, novum animal ex se creare concupiscunt, ut sic immortalia sint. Sed ut creetur, aliqua re, quae intercedit inter corpora, opus est, quam Plato pulchritudinem esse statuit. Itaque amor non est amor pulchri, sed creatio, quae fit in pulchro. Sic perspicuum est etiam hic pulchritudinem corporis, non animi amorem concitare[1].

Verus amator primum semper unum pulchrum corpus amat, deinde omnia pulchra corpora, deinde pulchrum animum, ita ut paulatim per omnes gradus ascendens ad ideam pulchritudinis ipsius conspiciendam perveniat[2].

Etsi igitur ad altiora progredienti pulchritudinem corporis Plato supervacaneam esse censet (cf. Conv. p. 210 B μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς κάλλος τιμιώτερον ἡγήσασθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὥστε καὶ ἐὰν ἐπιεικὴς ὢν τὴν ψυχήν τις κἂν σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ, ἐξαρκεῖν αὐτῷ καὶ ἐρᾶν . . .), tamen initium amoris semper ea concitatur. Itaque dici non potest Socratem, qualis describitur in Alcibiade I, iam in altiore gradu amoris versari; nam ne sic quidem omnis pulchritudo corporis condemnari posset, quod quidem in Alcibiade I fit. Videmus

[1] p. 206. [2] p. 210.

igitur Platonem amicitiam et amorem toto genere distinguere: Phaedr. p. 255 D καλεῖ δὲ αὐτὸν (scil. ἔρωτα) καὶ οἴεται οὐκ ἔρωτα, ἀλλὰ φιλίαν εἶναι . . . p. 256 E ταῦτα τοσαῦτα, ὦ παῖ, καὶ θεῖα οὕτω σοι δωρήσεται ἡ παρ' ἐραστοῦ φιλία· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρῶντος οἰκειότης, σωφροσύνῃ θνητῇ κεκραμένη, θνητά τε καὶ φειδωλὰ οἰκονομοῦσα, ἀνελευθερίαν ὑπὸ πλήθους ἐπαινουμένην ὡς ἀρετὴν τῇ φίλῃ ψυχῇ ἐντεκοῦσα . . . .

Neque hoc dici potest Platonis maioris natu doctrinam amatoriam, qualem breviter in Legibus profert, in Alcibiade I exstare. Quamquam enim Plato hoc loco multo severior factus est et amorem amicitiae assimimilare conatur, tamen libido pulchri corporis mansit, quia postulat, ut libido opprimatur[1].

Equidem puto haec omnia plane nos docere dialogum a Platone non scriptum esse; nam Plato pulchritudine opus esse affirmat, imitator negat; Plato subito[2] amorem oriri docet, imitator reputando, num animus adolescentis emendari possit; Plato per totam vitam amorem manere in Convivio negat, imitator contendit. Vix dici opus est in his rebus amatoriis vim dicendi et lumina orationis Platonis propria apud imitatorem plane desiderari[3].

Atque vix putari potest dialogum umquam Platoni adscriptum esse, cum ne id quidem dici possit Platonem dialogum composuisse iuvenem, quia infra demonstrabitur eum post Convivium, Rempublicam, Leges scriptum esse, quos dialogos imitator verbo tenus expresserit.

Praeterea Plato in paucis dialogis nobis adumbravit, qualem amorem Socratis et Alcibiadis sibi finxerit. Initio Protagorae Socrates modo ab Alcibiade venit (p. 309 A πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἢ δῆλα ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν· καὶ μὴν καὶ πρώην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ὥς γ' ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος). Sed Socrates versu Homeri docet Alcibiadem ipsa barba etiam pulchriorem esse. (εἶτα

[1] cf. Ivo Bruns, l. l. p. 141.

[2] Conv. p. 209 B καὶ ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ καὶ γενναίᾳ καὶ εὐφυεῖ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται τὸ ξυναμφότερον καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς κτλ.

[3] cf. Raeder, l. l. p. 24.

τί τοῦτο; οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει;). Comperimus Socratem familiarissime cum adolescente versari (τί οὖν τὰ νῦν; ἦ παρ' ἐκείνου φαίνει; καὶ πῶς πρὸς σὲ ὁ νεανίας διάκειται; — Socr. Εὖ, ἔμοιγε ἔδοξεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε βοηθῶν ἐμοὶ καὶ οὖν ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι) Amicus iterum pulchritudinem Alcibiadis affert. (οὐ γὰρ δήπου τινὶ καλλίονι ἐνέτυχες ἄλλῳ ἔν γε τῇδε τῇ πόλει.)

Atque postea in narratione Socratis Alcibiades compluribus locis inducitur[1], ita ut stultitia Alcibiadis, qualem imitator nobis describit, plane ab arte disputandi in Protagora Alcibiadi attributa abhorreat, praesertim cum Alcibiades et in Protagora et in Alcibiade I adolescens viginti annorum sit[2]. Praeterea si locum Gorgiae, quo Socrates Alcibiadem modo hoc, modo illud probare dicit (quod imitator exprimere conatur!), sed se semper idem, quia philosophia semper idem dicat[3] (p. 481 D λέγω δ' ἐννοήσας, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ (Callicles) νῦν τυγχάνομεν ταὐτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος, ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας, σὺ δὲ τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου καὶ τοῦ Πυριλάμπους· αἰσθάνομαι οὖν σοῦ ἑκάστοτε, καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὁπόσ' ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου κτλ., Socrates contrarium facere potest: p. 482 A ὁ μὲν γὰρ Κλεινίειος οὗτος ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων, ἡ δὲ φιλοσοφία τῶν αὐτῶν . .) et si orationem Alcibiadis in Convivio habitam, in qua dicit de moribus Socratis[4] (p. 215 E Περικλέους δ' ἀκούων καὶ ἄλλων ῥητόρων εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν, τοιοῦτον δὲ οὐδὲν ἔπασχον, οὐδὲ τεθορύβητό μου ἡ ψυχὴ οὐδ' ἠγανάκτει ὡς ἀνδραποδωδῶς διακειμένου, ἀλλ' ὑπὸ τουτουῒ τοῦ Μαρσύου πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην . . . p. 216 A ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι ἐμαυτοῦ ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω) et Alcibiadis animum Socratis amore inflammatum, quem in Con-

[1] cf. Bruns, Liter. Portr. p. 250 s.

[2] cf. infra p. 23.

[3] Prot. 481 D.

[4] Conv. p. 215 E.

vivio cognoscimus, si haec omnia in unum collegimus, fortasse sic nobis dialogum fingere possumus, qualem ipse Plato de hac prima collocutione scripsisset. Neque umquam Plato finxit Socratem Alcibiadi amicitiam ingessisse[1]. Praeterea Alcibiades in Convivio, etsi Socratem iam diu adamavit, tamen pulcherrimus describitur.

Quamquam auctor Alcibiadis I conatus esse videtur Platonem imitari. Alcibiades modo hoc, modo illud dicit, sed Socrates ei resistit philosophiae rationes sequens; Alcibiades aegre fert se ignorare (ἀγανακτεῖ ὡϲ ἀνδραποδωδῶϲ διακειμένου,) p. 116 E ἀλλὰ μὰ τοὺϲ θεούϲ, ὦ Cώκρατεϲ, οὐκ οἶδα ἔγωγε οὐδ' ὅτι λέγω, ἀλλ' ἀτεχνῶϲ ἔοικα ἀτόπωϲ ἔχοντι, τότε μὲν γάρ μοι ἕτερα δοκεῖ ϲοῦ ἐρωτῶντοϲ, τότε δ' ἄλλα . . p. 127 D ἀλλὰ μὰ τοὺϲ θεούϲ, ὦ Cώκρατεϲ, οὐδ' αὐτὸϲ οἶδα ὅτι λέγω, κινδυνεύω δὲ καὶ πάλαι λεληθέναι ἐμαυτὸν αἴϲχιϲτα ἔχων . . .

Non aliter conatus est Alcibiadis in Socratem amorem describere[2]: p. 135 D καὶ πρὸϲ τούτοιϲ μέντοι τόδε λέγω, ὅτι κινδυνεύϲομεν μεταβαλεῖν τὸ ϲχῆμα, ὦ Cώκρατεϲ, τὸ μὲν ϲὸν ἐγώ, ϲὺ δὲ τοὐμόν· οὐ γὰρ ἔϲτι, ὅπωϲ οὐ παιδαγωγήϲω ϲε ἀπὸ τῆϲδε τῆϲ ἡμέραϲ, ϲὺ δ' ὑπ' ἐμοῦ παιδαγωγήϲει . . .

Sed haec omnia non effecerunt, ut imitator Platonis ingenium exprimeret.

At memores simus etiam Xenophontem in convivio doctrinam quandam amatoriam proponere in capite octavo. Dinstinguit inter duas formas amoris: § 10. εἰκάϲαιϲ δ' ἂν καὶ τοὺϲ ἔρωταϲ τὴν μὲν Πάνδημον τῶν ϲωμάτων ἐπιπέμπειν, τὴν δ' Οὐρανίαν τῆϲ ψυχῆϲ τε καὶ τῆϲ φιλίαϲ καὶ τῶν καλῶν ἔργων. Verus amor pulchritudinis corporis nullam rationem habet, ita ut numquam subito et statim exsistere possit, sed solo animo pulchro et bono adolescentis concitatur: § 12: βούλομαι αὐτῷ μαρτυρῆϲαι, ὡϲ καὶ πόλυ κρείττων ἐϲτὶν ὁ τῆϲ ψυχῆϲ ἢ ὁ τοῦ ϲώματοϲ ἔρωϲ. Hoc amore animi amatoris et amati adolescentis meliores fiunt. Ne id quidem com-

[1] cf. Zeller l. l. p. 260 „Nicht bloss das plat. Gastmahl, sondern auch die Xen. Denkw. (I. 2, 14 s.) setzen es ausser Zweifel, dass Sokr., weit entfernt, sich dem Alk. aufzudrängen, sich vielmehr von diesem aufsuchen liess."

[2] Non recte iudicat Brunsius Litt. Portr. p. 340.

probatur et pulchrum animum et pulchrum corpus simul amari posse: § 14. ἦν δὲ καὶ ἀμφότερα ϲτέρξωϲι, τὸ μὲν τῆϲ ὥραϲ ἄνθοϲ ταχὺ δήπου παρακμάζει, ἀπολείποντοϲ δὲ τούτου ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν ϲυναπομαραίνεϲθαι, ἡ δὲ ψυχή, ὅϲον περ ἂν χρόνον ἴῃ ἐπὶ τὸ φρονιμώτερον, καὶ ἀξιεραϲτοτέρα γίγνεται . . . Ille vero verus amor usque ad senectutem permanet: § 18. διά γέ τοι τὰ τοιαῦτα ἔργα ἅμα ἐρῶντεϲ τῆϲ φιλίαϲ καὶ χρώμενοι αὐτῇ εἰϲ γῆραϲ διατελοῦϲιν . .

Huic animorum amori opponitur amor corporis pulchri, qui tandem taedium excitet: § 15, καὶ μὴν ἐν μὲν τῇ τῆϲ μορφῆϲ χρήϲει ἔνεϲτί τιϲ κόροϲ, ὥϲτε ἅπερ καὶ πρὸϲ τὰ ϲιτία διὰ πληϲμονήν, ταῦτα ἀράγκη καὶ πρὸϲ τὰ παιδικὰ πάϲχειν . .

Atque iam videmus hanc doctrinam Xenophontis plane Platoni contrariam esse: Nulla pulchritudo intercedit corporis, amor semper usque ad senectutem manet, semper in uno animo haeret, ita ut suspicandum sit imitatorem magis Xenophontem secutum esse quam Platonem, quod statim comprobatur paucis locis imitatores et Xenophontis verbo tenus simillimis[1]. Quod casu factum esse vix quisquam affirmabit.

Habes locos:

Xen. Conv. VIII.	A. I p. 131 E.
§ 14. ἦν δὲ καὶ ἀμφότερα ϲτέρξωϲι, τὸ μὲν τῆϲ ὥραϲ ἄνθοϲ ταχύ δήπου παρακμάζει, ἀπολείποντοϲ δὲ τούτου ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν ϲυναπομαραίνεϲθαι, ἡ δὲ ψυχὴ ὅϲον περ ἂν χρόνον ἴῃ ἐπὶ τὸ φρονιμώτερον, καὶ ἀξιεραϲτοτέρα γίγνεται . .	τὰ δὲ ϲὰ λήγει ὥραϲ, ϲὺ δ' ἄρχῃ ἀνθεῖν . . p. 131 D. ὁ δέ γε τῆϲ ψυχῆϲ ἐρῶν οὐκ ἄπειϲιν, ἕωϲ ἂν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃ . . .

Quantopere doctrina imitatoris amatoria a Xenophonte pendeat, etiam inde apparet quod in Alcibiade I doctrina ama-

[1] cf. Conv. VIII. 4. τοτὲ μεν τὸ δαιμόνιον προφαϲιζόμενοϲ οὐ διαλέγει μοι, τοτὲ δ' ἄλλου του ἐφιέμενοϲ . . Socrati Antisthenes dicit. A I p. 103 A ἐγὼ δὲ τοϲούτων ἐτῶν οὐδὲ προϲεῖπον· τούτου δὲ τὸ αἴτιον γέγονεν οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλά τι δαιμόνιον ἐναντίωμα . . — cf. etiam Mem. IV. 1. 2. φανερὸϲ δ' ἦν οὐ τῶν τὰ ϲώματα πρὸϲ ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰϲ ψυχὰϲ πρὸϲ ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενοϲ.

toria statim doctrinam psychologicam sequitur, in qua disputatur animum (ψυχήν) hominem esse (A I p. 129 B ff.), ita ut imitator tantum amorem animorum statuat. Ut apud Xenophontem est: πολὺ κρείττων ἐςτὶν ὁ τῆς ψυχῆς ἢ ὁ τοῦ cώματος ἔρως, sic in Alcibiade I opponitur semper is, qui animum amat, ei, qui corpus pulchrum amat. Quin etiam Socrates Alcibiadem iam deflorescentem amat.

Atque videtur imitator aetatis suae, exeuntis saeculi quarti, ratione ductus esse, quae in rebus amatoriis multo severior erat quam ea, quam Plato in Convivio sequitur[1]. Neque enim difficile fuisset Alcibiadem pulchrum inducere, etiamsi auctor Platonis ingenium in describendo amore imitari non potuisset. Mirum enim est auctorem semper Platonem imitatum in hac sola re ab eo discessisse, ita ut cogamur putare eum sententiis aequalium ductum esse. Sed ridiculum in modum rem in maius extollit.

Atque admodum animadversione dignum est imitatorem in idem vitium incidisse atque Xenophontem. Sed hoc unum inter eos interest, quod Xenopho vitium animadvertit et emendare et excusare conatus est, quamquam non potuit, cum imitator nihil animadverterit. Nam perspicuum est amorem,

[1] cf. Wendland, l. l. p. 72. „Wohl setzen die platon. Liebesreden des Phaidros und des Symposion eine reiche Literatur und eine lebhafte Behandlung der erotischen Probleme voraus . . Die sinnliche Erotik, die ihren ursprünglichen Gehalt gebildet hatte, ist in der zweiten Hälfte des 4. Jahrh., da man sich zu sokratischer Moral und isokratischer Wohlanständigkeit bekennt, nicht mehr literaturfähig . ." p. 73. „Wenn die Vorrede (des pseudo-demosth. Erotikos) die sittliche Tendenz dieses Erotikos betont, so entspricht das den Anschauungen jener Zeit. Sokrates hat den sinnlichen Trieb selbst gekannt und beherrscht. Die sinnliche Grundlage der Männerliebe ist bei Plato, wenn auch eine der untersten Stufen der allmählichen Erhebung in die Idealwelt, doch eine Voraussetzung, ohne die selbst seine idealistische Ethik nicht begriffen werden kann. Aber das sinnliche Verhältnis war schon dem Xen. anstössig und unverständlich. Auch Plato hat, wie die Gesetze beweisen, sich zu grösserer Strenge entwickelt. Bei Aristot. tritt dieser Eros zurück und wird durch die φιλία ersetzt, demgemäss steigt die schon durch Plat. Symp. vorbereitete Schätzung der Ehe und Frauenliebe."

qualem Xenopho describit, nihil aliud esse atque amicitiam, quam vocem Xenopho etiam loco amoris usurpat: Conv. VIII. 10. τὴν δ' Οὐρανίαν τῆς ψυχῆς τε καὶ τῆς φιλίας καὶ τῶν καλῶν ἔργων (τοὺς ἔρωτας ἐπιπέμπειν), § 14. ἀνάγκη καὶ τὴν φιλίαν cυναπομαραίνεςθαι. . . § 15. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς φιλία διὰ τὸ ἁγνὴ εἶναι καὶ ἀκορεςτοτέρα ἐςτί, § 18 ἐρῶντες τῆς φιλίας καὶ χρώμενοι αὐτῇ . . Tamen non amicitiam esse Xenopho contendit § 15: ἡ δὲ τῆς ψυχῆς φιλία διὰ τὸ ἁγνὴ εἶναι καὶ ἀκορεςτοτέρα ἐςτί, οὐ μέντοι, ὥς γ' ἄν τις οἰηθείη, διὰ τοῦτο καὶ ἀνεπαφροδιτότέρα . . Itaque amicitiam amorem esse dicit, quamquam non est, ita ut repugnantia hic statuenda sint, quae Xenopho, quamquam ea animadvertit, tollere non potuit. Pulchritudo semper adest, sed nihil valeto.

At imitator ridicula quadam constantia omnem corporis pulchritudinem condemnat, ita ut etiam Socratem inducat amatorem Alcibiadis iam deflorescentis; quam ob rem dicit omnes alios amatores, quia corpus solum amabant, eum deseruisse (imprimis p. 131 E. τὰ δὲ cὰ λήγει ὥρας, cὺ δ' ἄρχει ἀνθεῖν)[1]. Tamen imitator in repugnantia incidit, quae non animadvertens excusatione quadam, qualem Xenopho afferre conatur, uti neglegit. Ita imitatoris ratio plane perspici potest. Nam ipse p. 104 A dicit: οὐδενὸς γὰρ φῂς ἀνθρώπων ἐνδεὴς εἶναι εἰς οὐδέν, τὰ ὑπάρχοντά cοι μεγάλα εἶναι, ὥςτε μηδενὸς δεῖςθαι, ἀπὸ τοῦ cώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν. οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιςτός τε καὶ μέγιςτος, καὶ τοῦτο μὲν δὴ παντὶ δῆλον ἰδεῖν, ὅτι οὐ ψεύδῃ . . . p. 113 B, Ἀλκιβιάδης ὁ καλὸς ὁ Κλεινίου . . . . Quae verba iis, quae paulo ante attuli, plane contraria sunt. Sed imitator ipse nihil animadvertit.

Atque mirum nobis esse videtur auctorem, quamquam in rebus amatoriis omnino a Platone discrepat, tamen Convivium et Phaedrum verbo tenus imitatum esse. Hic unum locum[2] afferam, quia infra in capite proprio omnes Platonis imitationes afferam.

[1] cf. etiam p. 131 D.

[2] Est ex oratione Pausaniae, qui ipse quoque distinguit inter animae et corporis amorem. Laudandus solus animae amor. Tamen

Conv. p. 183 E.	A I p. 131 C.
πονηρὸς δ' ἐςτὶ ἐκεῖνος ὁ ἐραςτὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ ςώματος μᾶλλον ἢ τῆς ψυχῆς ἐρῶν, καὶ γὰρ οὐδὲ μόνιμός ἐςτιν, ἅτε οὐ μονίμου ἐρῶν πράγματος.	Socr. οὐκοῦν ὁ μὲν τοῦ ςώματος ἐρῶν,
ἅμα γὰρ τῷ τοῦ ςώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος . . .	ἐπειδὴ λήγει ἀνθοῦν, ἀπιὼν οἴχεται; Alc. Φαίνεται.

Uterque locus est de amatore adolescentem, quia pulchritudinem amittit, deserente[1]. Imitator poetica verba Platonis οἴχεται ἀποπτάμενος vertit in verba, quae nihil proprii habent, οἴχεται ἀπιών.

Auctor igitur consulto aequalium doctrina adductus a Platonis doctrina amatoria discessit. Sed veri simillimum est eum in Alcibiade nonnullis locis Platonis commotum esse, ut eum iam non ita pulchrum describeret. Nam initio Protagorae amicus Socratis Alcibiadem iam deflorescentem esse dicit propter barbam. Et in utroque dialogo Alcibiades adolescens fere viginti annorum est[2]. Accedunt pauci loci Convivii, quibus dicitur Socratem pulchritudinem non curare: p. 216 D: ἴςτε οὖν ὅτι οὔτ' εἴ τις καλός ἐςτι μέλει αὐτῷ οὐδέν . . p. 217 A: ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐςπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγηςάμενος εἶναι . . ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅςον . . p. 219 C περιεγένετό τε καὶ κατεφρόνηςε καὶ κατεγέλαςε τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὕβριςε . .

Pausanias non tam severus est in puerorum amore quam Xenopho et auctor A. I. cf. Raeder p. 161.

[1] Similes loci sunt Phaedr. p. 232 E (e Lysiae erotico) . . ὥςτε ἄδηλον αὐτοῖς εἰ ἔτι τότε βουλήςονται φίλοι εἶναι, ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύςωνται . . p. 234 A . . ἀλλὰ τοῖς ὁμοίως διὰ παντὸς τοῦ βίου φίλοις ἐςομένοις. οὐδὲ οἵτινες παυόμενοι τῆς ἐπιθυμίας ἔχθρας πρόφαςιν ζητήςουςιν, ἀλλ' οἵ παυςαμένοις τῆς ὥρας τότε τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται . . Conv. p 181 D καταγελάςαντες οἰχήςεςθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες (ex oratione Pausaniae),

[2] A. I p. 123 D ἔτη οὐδέπω γεγονὼς εἴκοςι . . Pericles etiam inter vivos numeratur (p. 104 B ὃς οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δύναται πράττειν ὅτι ἂν βούληται, ἀλλ' ἐν πάςῃ τῇ Ἑλλάδι καὶ μεγάλοις γένεςι). In Protagora Alcibiades modo pubescit, quod versu illo Homeri demonstratur; Pericles quoque superstes est.

Haec omnia imitator aequalium sententias secutus in maius extendit, ita ut Alcibiadem deflorescentem et Socratem pulchritudinem non curantem describeret.

Atque imitator Xenophontem sequebatur, quia cum aequalibus congruebat; non in animo habebat Xenophontis doctrinam amatoriam probare. Nam in una re ab eo discrepat; narrat enim Socratem ut verum amatorem ante portam Alcibiadis dies noctesque versatum esse[1], quod Plato affert in describendis moribus amatorum[2] (e. g. Phaedr. p. 252 A πάντων καταφρονήςαςα (scil. ψυχή) δουλεύειν ἑτοίμη καὶ κοιμᾶςθαι ὅπου ἂν ἐᾷ τις ἐγγυτάτω τοῦ πόθου), Xenopho graviter condemnat: Conv. VIII 23, ὁ δὲ τοῦ ςώματος ὀρεγόμενος εἰκότως ὥςπερ πτωχὸς περιέποιτο· ἀεὶ γάρ τοι προςαιτῶν καὶ προςδεόμενος ἢ φιλήματος ἢ ἄλλου τινος ψηλαφήματος παρακολουθεῖ.

[1] cf. p. 10.

[2] cf. Phaedr. 233 F, Conv. p. 183 A.

II.

Iam luce clarius est Platonem dialogum nullo modo composuisse. Atque postquam demonstratum est auctorem Convivium Xenophontis imitatum esse et verbo tenus expressisse, suspicandum est eum etiam Memorabilibus usum esse. Quod quidem optime comprobari potest. Atque statim mirum nobis videtur Alcibiadem tam stultum esse, ut ne notissimas quidem res invenire possit[1], quamquam ostentat atque iactat prudentiam suam. Contra Alcibiades, qualem Plato in Protagora nobis describit, multo maturior est. Et quamvis concedendum sit artificem Platonem summa libertate in talibus rebus uti posse, tamen nullo modo fieri potest, ut eundem adolescentem modo alacrem, modo stolidum describat. Itaque imitator mores adolescentis non ex Platone expressit, sed ex alio auctore. Atque re vera Xenopho duobus locis Memorabilium similes adolescentes nobis describit, qui, quamvis stulti sint,

[1] cf. Zeller, l. l. p. 260. „Und wie elend ist doch Alk. geschildert: Ist es wohl glaublich, dass Plato in irgend einer Periode seiner schriftstellerischen Tätigkeit diesen Mann, einen der geistvollsten von allen, die je der attische Boden getragen hat, in dem Zeitpunkte, wo er bereits seine politische Rolle zu beginnen im Begriffe stand (105 A), für so schwach ausgegeben haben würde, wie dies unser Dialog tut? dass er den Jüngling, der noch nicht zwanzigjährig einen Perikles durch seine Dialektik in Verlegenheit zu setzen wusste (Xen. Mem. I. 2, 40 ff.), in jenem Zeitpunkt unfähig und unerfahren genug dargestellt hätte, um nicht einmal den altbekannten Namen der Musik zu finden, so deutlich ihn ihm auch Sokr. in den Mund legt (108 C), um sich ebenso nach dem Namen der Politik Seiten lang abzuquälen (124 D ff.), um die Voraussetzung p. 112 B zu rechtfertigen, dass ihm von den Streitigkeiten der Menschen über Recht und Unrecht noch nichts aus eigener Anschauung bekannt sei?“

tamen sapientes sibi videntur et rei publicae operam dare in animo habent, cum a Socrate stultitiae coarguantur. Sunt capita III. 6. et IV. 2. Atque priore loco prodit Glauco quidam, qui fere iisdem verbis describitur atque Alcibiades in dialogo. Habes locos!

III. 6, 1.	A. I p. 123 D.
ἐπιθυμῶν προστατεύειν τῆς πόλεως οὐδέπω εἴκοσιν ἔτη γεγονώς . .	πρῶτον μὲν ἔτη οὐδέπω γεγονὼς εἴκοσι . . Alc. rei publicae operam dare vult.
§ 2.	p. 124 B.
ὀνομαστὸς ἔσει πρῶτον μὲν ἐν τῇ πόλει, ἔπειτα ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις . . .	καὶ τοῦ ὀνομαστὸς γενέσθαι ἀπολειφθήσει ἐν Ἑλλάδι τε καὶ βαρβάροις . . .
	p. 105 B.
Animadvertendum est et apud Xenophontem et apud imitatorem alterum locum alterum statim sequi: p. 123 D. 124 B. III. 6. § 1. § 2.	μέγιστον δυνήσεσθαι ἐν τῇ πόλει, ἐὰν δ᾽ ἐνθάδε μέγιστος ᾖς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἕλλησι, ἀλλα καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις . .

Argumentum huius capitis quam brevissime enarrabo: Glauco in contionibus orationes habere conatur, quamquam stultissimus est et ab omnibus irridetur. Etsi propinqui eum prohibere non possunt, Socrates potest, postquam antea eum sibi conciliavit magnis consiliis eius enarratis et laudatis, quos locos modo verbo tenus attuli. Idem Socrates in Alcibiade I facit; hic quoque initio dialogi iuvenem sibi conciliat (p. 105 A ff.). Initia simillima sunt:

III. 6. § 2.	p. 106 C.
ὦ Γλαύκων, ἔφη, προστατεύειν ἡμῖν διανενόησαι τῆς πόλεως;	διανοεῖ γάρ, ὡς ἐγώ φημι, παριέναι συμβουλεύσων Ἀθηναίοις ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου.

Sed quamquam in Alcibiade I imitator Socratem ut amatorem adolescentis describere vult, tamen, quia hoc non potuit, ex Xenophonte fortasse sibi non conscius transscripsit Socratem eum magnis consiliis eius enarratis allicere, quam coniecturam rectam esse plane e responso Alcibiadis elucet: p. 106 A εἰ δὲ δὴ ὅτι μάλιστα ταῦτα διανενόημαι, πῶς διὰ σοῦ μοι ἔσται καὶ

ἄνευ cου οὐκ ἂν γένοιτο, ἔχειc λέγειν; De Glaucone Xenopho dicit § 3: ταῦτ᾽ οὖν ἀκούων ὁ Γλαύκων ἐμεγαλύνετο καὶ ἡδέωc παρέμενε. Idem imitator de Alcibiade dixisset, si non dialogum, sed historiam scripsisset. Atque Glauco coarguitur nihil scire de rebus, quas spectet, ita ut Socrates ei in fine capitis suadeat: εἰ οὖν ἐπιθυμεῖc εὐδοκιμεῖν τε καὶ θαυμάζεcθαι ἐν τῇ πόλει, πειρῶ κατεργάcαcθαι ὡc μάλιcτα τὸ εἰδέναι ἃ βούλει πράττειν[1]. Eodem modo Alcibiades fateri cogitur se ignorare.

Alter locus est caput IV. 2[2]. Socrates colloquitur cum Euthydemo quodam, qui adulescens rei publicae praeesse in animo habet, etsi numquam artem administrandi didicit. Saepe conatus cum eo colloqui tandem aliquando Socrates eum aggreditur, ex eo quaerens, num quis sine iustitiae scientia rem publicam administrare possit, quod Euthydemus negat. Sed se scire affirmat iusta et iniusta; contrarium a Socrate demonstratur.

Hoc quoque caput dialogo simillimum est, etiam multo similius quam alterum. Euthydemo statim persuadetur iustitia opus esse, sed eam non novit; in Alcibiade I Alcibiades ipse quoque adducitur, ut idem intelligat, sed eam ignorat. Euthydemus se ignorare intellegit et consilium capit neglecta discere. Eodem Alcibiades ducitur. Non ita pauci loci simillimi sunt:

§ 19.	A. I p. 116 E.
ἀλλ΄, ὦ Cώκρατεc, οὐκέτι ἔγωγε πιcτεύω οἷc ἀποκρίνομαι· καὶ γὰρ τὰ πρόcθεν πάντα νῦν ἄλλωc ἔχειν δοκεῖ μοι ἢ ὡc ἐγὼ τότε ᾤμην, ὅμωc δὲ εἰρήcθω μοι ἀδικώτερον εἶναι τὸν ἑκόντα ψευδόμενον τοῦ ἄκοντοc . .	ἀλλὰ μὰ τοὺc θεούc, ὦ Cώκρατεc, οὐκ οἶδα ἔγωγε οὐδ᾽ ὅτι λέγω, ἀλλ᾽ ἀτεχνῶc ἔοικα ἀτόπωc ἔχοντι· τότε μὲν γάρ μοι ἕτερα δοκεῖ cου ἐρωτῶντοc, τότε δὲ ἄλλα . . δέδοικα μὲν ἔγωγε ἤδη περὶ ἐμαυτοῦ, οἶμαι μέντοι τὰ αὐτά . .

Uterque timet, ne quid falsi dicatur, sed tamen respondent: οἶμαι μέντοι τὰ αὐτά = ὅμωc δὲ εἰρήcθω[3].

[1] cf. Wendland, l. l. p. 63 ss. ubi fontes huius capitis deteguntur.
[2] cf. Bruns, Liter. Portr. p. 369 s.
[3] cf. § 39. ἀναγκάζει μέ καὶ ταῦτα ὁμολογεῖν δῆλον ὅτι ἡ ἐμὴ

Maximi momenti mihi esse videtur, quod utroque loco illud carmen Delphicum affertur, cuius interpretatione Socrates adolescentes adiuvare conatur: Alcibiades et Euthydemus uterque se ignorare intellegunt et de se desperant; quo facto hoc carmine Socrates iis rectam viam ostendit. Perspicuum est imitatorem hoc carmen melius interpretatum esse locis Platonis usum quam Xenophontem; sed tamen eum Xenophontem exemplar habuisse constat, praesertim cum non ita pauci loci verbo tenus expressi sint.

Quaerit uterque adolescens ex Socrate:

§ 30.	A. I p. 124 B.
ὡc πάνυ μοι δοκοῦν, ὦ Cώκρατεc, περὶ πολλοῦ ποιητέον εἶναι τὸ ἑαυτὸν γιγνώcκειν, οὕτωc ἴcθι· ὁπόθεν δὲ χρὴ ἄρξαcθαι ἐπιcκοπεῖν ἑαυτόν, τοῦτο πρὸc cὲ ἀποβλέπω, εἴ μοι ἐθελήcειc ἐξηγήcαcθαι . .	τίνα οὖν χρὴ τὴν ἐπιμέλειαν, ὦ Cώκρατεc, ποιεῖcθαι, ἔχειc ἐξηγήcαcθαι; παντὸc γὰρ μᾶλλον ἔοικαc ἀληθῆ εἰρηκότι . .

Alterum locum, quo Socrates hoc carmen affert, alterum hunc sequi imprimis argumento est similitudinem non casu factam esse. Praeterea imitator ex hoc Xenophontis capite haec transscripsit:

§ 2.	A. I p. 118 C.
τὸ δὲ προεcτάναι πόλεωc . . . ἀπὸ ταὐτομάτου παραγίγνεcθαι τοῖc ἀνθρώποιc . . . πότερον Θεμιcτοκλῆc διὰ cυνουcίαν τινὸc τῶν cοφῶν ἢ φύcει τοcοῦτον διήνεγκε τῶν πολιτῶν . .	λέγεταί τοι, ὦ Cώκρατεc, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀυτομάτου cοφὸc γεγονέναι (scil. Pericles), ἀλλὰ πολλοῖc καὶ cοφοῖc cυγγεγονέναι . . 119 A.: ὅcτιc αἰτίαν ἔχει διὰ τὴν Περικλέουc cυνουcίαν cοφώτεροc γεγονέναι . .[1]
§ 22.	**p. 135 C.**
οἶcθα δέ τιναc ἀνδραποδώδειc καλουμένουc;	Socr. δουλοπρεπὲc ἄρα ἡ κακία;

φαυλότηc καὶ φροντίζω μὴ κράτιcτον ᾖ μοι cιγᾶν. κινδυνεύω γὰρ ἁπλῶc οὐδὲν εἰδέναι κτλ. cf. etiam Resp. p. 334 B.

[1] Accedunt loci Platonis. cf. p. 33.

§ 23. οὐκοῦν δεῖ παντὶ τρόπῳ διατειναμένους φεύγειν, ὅπως μὴ ἀνδράποδα ὦμεν;	Alc. Ναί. Socr. Οὐκοῦν φεύγειν χρή, ὦ ἑταῖρε, τὴν δουλοπρέπειαν[1];
§ 26. 28. ὧν δὲ μὴ ἐπίστανται ἀπεχόμενοι ἀναμάρτητοι γίγνονται . . . ἐπιθυμοῦσι . . προΐστασθαι γε αὐτῶν τούτους (scil. τοὺς εἰδότας)	p. 117 E. οὐκοῦν οἱ τοιοῦτοι (scil. ii, qui, quia non ignorant se ignorare, aliis, qui sciunt, res suas tradunt) τῶν μὴ εἰδότων ἀναμάρτητοι ζῶσι διὰ τὸ ἄλλοις περὶ αὐτῶν ἐπιτρέπειν[2];

Satis mihi demonstratum esse videtur haec duo capita ab auctore dialogi expressa esse. Dispositionem dialogi ei dederunt, quam locis Platonis permultis complevit[3].

Atque nunc non ignorantes auctorem Xenophontis vestigia secutum esse, statim suspicari possumus etiam alios locos Memorabilium verbo tenus expressos esse; quam coniecturam admodum rectam esse facile invenimus. Habes locos:

IV. 4, 8.	A. I p. 112 A.
Νὴ τὴν Ἥραν, ἔφη, μέγα λέγεις ἀγαθὸν εὑρηκέναι, εἰ παύσονται μὲν αἱ δικασταὶ δίχα ψηφιζόμενοι, παύσονται δ' οἱ	οὔκουν οἴομαί γε πώποτέ σε ἰδεῖν οὐδ' ἀκοῦσαι σφόδρα οὕτω διαφερομένους ἀνθρώπους περὶ ὑγιεινῶν καὶ μή, ὥστε διὰ

[1] cf. de hoc verbo Usener, Unser Platotext (Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften etc. zu Göttingen 1892 p. 25 ff.) p. 43: Dies gilt von dem Begriff ἀνδραποδώδης, der dem sokratischen Kreis als Gegensatz zu der von Vernunft beherrschten, sich selbst bestimmenden Sittlichkeit geläufig war etc. etc.

[2] cf. Charmides p. 172 D . . . ὅτι . . ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ ἕκαστοι ἡμῶν, ἃ μὲν ἴσασι, πράττοιεν ταῦτα, ἃ δὲ μὴ ἐπίσταιντο, ἄλλοις παραδιδοῖεν τοῖς ἐπισταμένοις. — Congruunt inter se Plato, Xenopho, imitator, quia doctrinam Socraticam praebent. Sed nihilo minus constat imitatorem Xenophontem expressisse.

[3] cf. IV. 2, 25 ‖ p. 111 D
IV. 2, 32 ‖ p. 115 B
IV. 2, 21 ‖ p. 116 E
Quamquam imitator hos locos non verbo tenus expressit, tamen ei ante oculos in componendo dialogo versati esse videntur.

πολῖται περὶ τῶν δικαίων ἀντιλέγοντές τε καὶ ἀντιδικοῦντες καὶ στασιάζοντες, παύσονται δ' αἱ πόλεις διαφερόμεναι περὶ τῶν δικαίων καὶ πολεμοῦσαι . .[1].	ταῦτα μάχεσθαί τε καὶ ἀποκτιννύναι ἀλλήλους . . . ἀλλὰ περί τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἔγωγε οἶδ' ὅτι . . καὶ αἱ μάχαι καὶ οἱ θάνατοι διὰ ταύτην τὴν διαφοράν . . . οὐδὲ περὶ ἑνὸς ἄλλου ἡ διαφορὰ ἢ περὶ τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου τοὺς θανάτους καὶ τὰς μάχας πεποίηκεν . . .

IV. 4, 7.	p. 112 E ff.
οἷον περὶ γραμμάτων ἐάν τις ἔρηταί σε, πόσα καὶ ποῖα Σωκράτους ἐστίν . . . ἢ περὶ ἀριθμῶν τοῖς ἐρωτῶσιν, εἰ τὰ δὶς πέντε δέκα ἐστίν οὐ τὰ αὐτὰ νῦν καὶ ἃ πρότερον ἀποκρίνει;	ἐάν σε ἔρωμαι τὸ ἓν καὶ τὰ δύο, πότερα πλείω ἐστί, φήσεις ὅτι τὰ δύο; Ἔγωγε. τί δ' ἂν ἐγὼ μὲν ἔρωμαι, ποῖα γράμματα Σωκράτους, σὺ δὲ εἴπῃς, πότερος ὁ λέγων; κτλ.

Utroque loco eadem exempla de numeris et litteris exstant.

III 7, 3.	A. I p. 114 C.
Socrates ex Charmide quaerit, cur non, quamquam sapiens sit, publice in contionibus populo suadeat. Respondet Charmides: (§ 4) Οὐ ταὐτόν ἐστι, ἔφη, ὦ Σώκρατες ἰδίᾳ τε διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ πλήθει ἀγωνίζεσθαι. — Καὶ μήν, ἔφη, ὅ γε ἀριθμεῖν δυνάμενος οὐδὲν ἧττον ἐν τῷ πλήθει ἢ μόνος ἀριθμεῖ καὶ οἱ κατὰ μόνας ἀρι-	Socr. Ουκοῦν τοῦ αὐτοῦ ἕνα τε οἷόν τε εἶναι κατὰ μόνας πείθειν καὶ ξυμπόλλους περὶ ὧν ἂν εἰδῇ, ὥσπερ ὁ γραμματιστὴς ἕνα τέ που πείθει περὶ γραμμάτων καὶ πολλούς; Alc. Ναί. Socr. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ περὶ ἀριθμοῦ ὁ αὐτος ἕνα τε καὶ πολλοὺς πείσει; Alc. Ναί.

[1] cf. Euthyphro p. 7 E: οὐ γὰρ ἄν που ἐστασίαζον ἀλλήλοις, εἰ μὴ περὶ τούτων διεφέροντο . . ταὐτὰ δέ γε . . οἱ μὲν δίκαια, οἱ δὲ ἄδικα ἡγοῦνται. περὶ ἃ καὶ ἀμφισβητοῦντες στασιάζουσί τε καὶ πολεμοῦσιν ἀλλήλοις, p. 8 C. Οὐδὲν μὲν οὖν παύονται ταῦτα ἀμφισβητοῦντες καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Videtur mihi hoc loco Xenopho Platonem in usum suum convertisse. Auctor Alcibiadis I magis Xenophontem imitatus esse videtur.

ϲτα κιθαρίζοντεϲ οὗτοι καὶ ἐν τῷ πλήθει κρατιϲτεύουϲι . .	Socr. Οὗτοϲ δ' ἔϲται ὁ εἰδώϲ, ὁ ἀριθμητικόϲ . . ἄλλο τι οὖν τοϲοῦτον μόνον διαφέρει τοῦ ἐν τῷ δήμῳ ῥήτοροϲ ὁ ἐν τοιᾷδε ϲυνουϲίᾳ, ὅτι ὁ μὲν ἀθρόουϲ πείθει τὰ αὐτά, ὁ δὲ καθ' ἕνα;

Hoc loco imitator id, quod Xenopho breviter dicit, distraxit in totum caput.

III. 9, 11.	A. I p. 126 E.
ἐν δὲ ταλαϲίᾳ καὶ τὰϲ γυναῖκαϲ ἐπεδείκνυεν ἀρχούϲαϲ τῶν ἀνδρῶν διὰ τὸ τὰϲ μὲν εἰδέναι . . ; τοὺϲ δὲ μὴ εἰδέναι . .	Οἴει ἂν οὖν, ὦ Ἀλκιβιάδη, ἄνδρα γυναικὶ περὶ ταλαϲουργίαϲ δύναϲθαι ὁμονοεῖν, τὸν μὴ ἐπιϲτάμενον τῇ ἐπιϲταμένῃ . .

Atque putaverit quispiam non ab auctore Xenophontem expressum esse, sed a Xenophonte auctorem. Sed hoc non recte dicitur. Nam cum apud Xenophontem omnia inter se cohaereant, apud auctorem modo hic, modo illic imitatio exstat, tum Platonem quoque permultis locis imitatus est. Deinde dialogus post Xenophontem mortuum compositus est, ita ut pro certo constet auctorem Alcibiadis I Xenophontem verbo tenus expressisse[1].

Quibus rebus demonstratis veri simillimum est etiam scripta Xenophontis historica in longiore illa parte dialogi adhibita esse. Sed semper id negligendum non est auctorem historiam praebere noluisse. Id, quod narrat, magis anecdota, ut ita dicam, sunt quam vera historia.

---

[1] Accedunt non ita paucae similitudines:
cf. IV. 5, 12 ‖ p. 119 B 124 B
I. 5, 12 ‖ p. 105 DE 124 C
III. 9, 6 ‖ p. 113 B 117 118 AB
I. 1, 16 ‖ p. 117 A
Confer Joëlium l. l. Constare mihi videtur auctorem Alcibiadis I in Xenophontis scriptis Socratem historicum, non Platonis fictum inveniri putavisse. cf. Hirzel, Dialog I p. 309: . . Reformversuche wurden gemacht; man führte Sokr. wieder in die Gespräche ein, gab ihm die Hauptrolle und bildete seine Manier nach dem Muster der plat. Dialoge zum Teil nicht ohne Glück nach. Noch legen unter Pl.s Namen erhaltene Dialoge Zeugnis ab von dieser Bewegung.

p. 123 B. ἐπεί ποτ' ἤκουϲα ἀνδρὸϲ ἀξιοπίϲτου τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βαϲιλέα, ὃϲ ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθήν, ἐγγὺϲ ἡμερηϲίαν ὁδόν, ἣν καλεῖν τοὺϲ ἐπιχωρίουϲ ζώνην τῆϲ βαϲιλέωϲ γυναικόϲ . . . cf. Anab. I. 4. 9. . . . αἱ δὲ κῶμαι, ἐν αἷϲ ἐϲκήνουν, Παρυϲάτιδοϲ ἦϲαν εἰϲ ζώνην δεδομέναι . . ad Alc. I. p. 123 B. scholion adnotat: περὶ Ξενοφῶντόϲ φαϲι λέγειν αὐτόν· οὗτοϲ γὰρ ἐν τῇ Ἀναβάϲει ἱϲτόρηϲε τὰ Περϲῶν, Κύρῳ ϲυνανελθὼν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην . .

Imitator brevem locum Anabaseos auxit et complevit fabulis, quas Graeci vulgo narrabant.

Eodem modo veri simillimum est auctori in ea parte, in qua educatio filii regis describitur, Xenophontis institutionem Cyri ante oculos versatam esse. Sed hanc quoque libero arbitrio mutavit et exornavit, quia historiam componere non in animo habebat. Atque perbene accidit, quod lapsu quodam auctoris pro certo demonstrari posse puto aliquem fontem ab imitatore usurpatum esse. Quin etiam admodum mirum esset auctorem omnibus locis exemplaria habuisse hac sola parte excepta.

Auctor enim loquitur de institutione unius filii regis, ita ut ubique dicat: ὁ παῖϲ. Tamen uno loco mirum in modum exstat „οἱ παῖδεϲ" Habes locos! (p. 121 ss.)

1) ἐπειδὰν δὲ γένηται ὁ παῖϲ ὁ πρεϲβύτατοϲ
2) μετὰ τοῦτο τρέφεται ὁ παῖϲ
3) προϲτέτακται ἐπιμέλεϲθαι τοῦ γενομένου καὶ ὅπωϲ κάλλιϲτοϲ ἔϲται
4) ἀναπλάττονταϲ τὰ μέλη τοῦ παιδόϲ
5) ἐπειδὰν δ' ἑπτέτειϲ γένωνται οἱ παῖδεϲ
6) δὶϲ ἑπτὰ γενόμενον ἐτῶν τὸν παῖδα
7) ἵνα ἐλεύθεροϲ εἶναι ἐθίζηται
8) ὡϲ ὅταν δείϲῃ δοῦλον ὄντα . .

Statim videmus pluralem οἱ παῖδεϲ plane non aptum esse huic loco. Si auctor ex sua notitia haec omnia hausisset, talia non dixisset; nam connexu sententiarum pluralis illustrari non potest, cum semper de uno puero oratio sit. Pluralis sic tantum intellegi potest, cum statuamus auctori locos historici cuiusdam in memoria haesisse. Quia Xenophontis Memorabilia te Convivium verbo tenus expressit, suspicari possumus auc-

torem hoc loco Cyri institutionem imitatum esse. Et re vera in hoc libro semper pluralis οἱ παῖδεϲ exstat in descriptione educationis Persarum. Praeterea Xenopho narrat pueros Persarum temperantiam et iustitiam discere. Etiam verbo tenus loci pauci similes sunt. Habes locos:

I. 2, 5.	A. I p. 121.
καὶ μὲν ἐπὶ τοῖϲ παιϲὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων ᾑρημένοι εἰϲι, οἳ ἂν δοκῶϲιν τοὺϲ παῖδαϲ βελτίϲτουϲ ἀποδεικνύναι . .	. . εἰϲὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περϲῶν οἱ ἄριϲτοι δόξαντεϲ ἐν ἡλικίᾳ τέτταρεϲ, ὅ τε ϲοφώτατοϲ καὶ ὁ δικαιότατοϲ καὶ ϲωφρονέϲτατοϲ καὶ ὁ ἀνδρειότατοϲ . .

Loci, quibus Xenopho loquitur de temperantia ac iustitia, hi sunt:

§ 6. οἱ μὲν δὴ παῖδεϲ εἰϲ τὰ διδαϲκάλεια φοιτῶντεϲ διάγουϲι μανθάνοντεϲ δικαιοϲύνην . .

§ 8. διδάϲκουϲι δὲ τοὺϲ παῖδαϲ καὶ ϲωφροϲύνην . . διδάϲκουϲι δὲ καὶ ἐγκράτειαν γαϲτρὸϲ καὶ ποτοῦ.

De sapientia et fortitudine Xenopho nihil dicit; itaque auctor aut Platonis illis virtutibus commotus talia finxit aut alium auctorem, quem non novimus, imitatus est.

Neque narrat Xenopho pueros septem annorum equis vehi et feras venari, sed videtur mihi hic locus e duobus locis contaminatus esse. Xenopho enim narrat adolescentem Cyrum equo vehentem venatum esse feras, sed non puer septem annorum erat (I. 4, 5—6); alius locus est e Platonis Republica p. 468 D, quem dialogum aliis locis imitator verbotenus expressit.

Resp. p. 468 D.	A. I p. 121 E.
. . καὶ ἄρχοντάϲ γέ που οὐ τοὺϲ φαυλοτάτουϲ αὐτοῖϲ (scil. τοῖϲ παιϲί) ἐπιϲτήϲουϲι, ἀλλὰ τοὺϲ ἐμπειρίᾳ καὶ ἡλικίᾳ ἱκανοὺϲ ἡγεμόναϲ τε καὶ παιδαγωγοὺϲ εἶναι . . (E) ἐπὶ τοὺϲ ἵππουϲ ἀναβιβαϲτέον ὡϲ νεωτάτουϲ καὶ διδαξαμένουϲ ἱππεύειν ἐφ' ἵππων . .	ἐπειδὰν δ' ἑπτέτειϲ γένωνται οἱ παῖδεϲ ἐπὶ τοὺϲ ἵππουϲ καὶ τοὺϲ τούτων διδαϲκάλουϲ φοιτῶϲι, καὶ ἐπὶ τὰϲ θήραϲ ἄρχονται ἰέναι . . εἰϲὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περϲῶν οἱ ἄριϲτοι δόξαντεϲ ἐν ἡλικίᾳ τέτταρεϲ... οὓϲ ἐκεῖνοι βαϲιλείουϲ παιδαγωγοὺϲ ὀνομάζουϲι . .

Videmus igitur hos locos etiam verbo tenus similes esse, ita ut veri simile sit eos auctori obversatos esse.

At fieri non potest, ut Xenopho solus exemplar fuerit. Restant multi loci neque in Platone neque in Xenophonte inventi. Sed de his nihil certi constitui potest [1].

Nunc tandem puto me omnes locos Xenophontis, qui auctori exemplaria fuerunt, attulisse. Quid concludi potest? Primum nunc etiam certius est Platonem non auctorem esse. Cum Plato maior esset, quam ut alium tam manifeste imitari cogeretur, tum Xenophontem, quem optimi huius aetatis auctores nullo loco afferunt [2], nullo modo imitatus esset. Deinde quia auctor Alcibiadis I Xenophontem exprimit, vice versa perspicuum est eum non summum auctorem fuisse.

---

[1] Joëlius, qui censet Antisthenem Cynicum maximi momenti in componendo dialogo fuisse, de hac parte A I dicit l. l. p. 499: Die Schilderung in unserem Dialog macht den Eindruck eines Auszuges aus einer grösseren Ausführung, in der wohl auch die merkwürdige Einteilung der persischen Lehrer nach den vier Haupttugenden der Sokratiker näher begründet war. Atque putat hunc librum Cyrum Antisthenis fuisse (p. 499). — Fortasse etiam Alcibiadem Antisthenis expressit, quod non iam demonstrari potest. At constat hanc partem compilationem esse.

[2] cf. Wendland l. l. p. 68: „Xenophon wird ja von den zeitgenössischen Koryphäen der Literatur völlig ignoriert; er wurde offenbar als literarischer Dilettant sehr gering eingeschätzt."

III.

Postquam demonstratum est auctoris non summum ingenium esse, consentaneum est eum Platonem non ita bene intellexisse, immo saepe locos Platonis sine mente ac ratione conglutinavisse[1]. Quod utrumque satis demonstrari potest. Etiam hoc animadvertendum est imitatorem, quia Platonis opera bene noverat, saepe complures locos similes Platonis in componendo dialogo in unum contraxisse, ita ut uni loco dialogi saepe complures loci Platonis exemplaria fuerint.

Atque dialogus Platonis, ex quo auctor permulta expressit, est Gorgias, qui de eadem fere re agit: Quis recte rem publicam administrare potest? Primum imitationes potiores affero, postea breviores corollarii loco afferam. Qua in re id semper animadvertendum est, etsi fortasse potiores loci non semper verbo tenus expressi sunt, tamen multos illos locos verbo tenus expressos etiam aliis similitudinibus probabilitatis quandam vim addere.

Socrates enim p. 118 B dialogi nostri Alcibiadi opprobrio dat, quod, quamquam non didicerit, tamen rempublicam administrare velit, cum sic pergat: πέπονθας δὲ τοῦτο οὐ cὺ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν πραττόντων τὰ τῆc πόλεωc, πλὴν ὀλίγων γε καὶ ἴcω cτοῦ coῦ ἐπιτρόπου Περικλέους. Quamquam auctor ἴcωc dicit, tamen statim Periclem aggreditur, ita ut connexio sententiarum plane desideretur. Perspicuum est imitatorem quaesivisse, quo nisus etiam hunc in Periclem impetum insereret, et verbo ἴcωc transitum et connexum effecisse. Iam hoc ἴcωc ex Gorgia transscriptum est:

[1] cf. Schleiermacher, l. l. p. 298. Nimmt man hinzu, wie das meiste wirklich gar nicht ausgeführt, sondern nur als Thema aufgestellt ist, wie schroff die Übergänge von einem zum anderen grösstenteils sind, oder wie unbeholfen, zumal da, wo ein Stück schlechter, leerer Dialektik anfängt oder endigt . .

p. 515 D.	A. I p. 118 B.
Socr. Οὐκοῦν ὅτε Περικλῆc ἤρχετο λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, χείρουc ἦcαν οἱ Ἀθηναῖοι ἢ ὅτε τὰ τελευταῖα ἔλεγεν; Call. Ἴcωc. Socr. Οὐκ ἴcωc δή, ὦ βέλτιcτε, ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμολογημένων . .	πέπονθαc δὲ τοῦτο οὐ cὺ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν πραττόντων τὰ τῆc πόλεωc, πλὴν ὀλίγων γε καὶ ἴcωc τοῦ coῦ ἐπιτρόπου Περικλέους . .

Atque Periclem sic virum rerum civilium imperitissimum esse demonstratur, quod neminem meliorem Atheniensium fecerit eodem modo atque in Gorgia (p. 516 B). Quamquam in Alcibiade I non aperte dicitur eum imperitum fuisse, sed tantum demonstratur eum neminem meliorem fecisse. Hae quoque partes verbo tenus similes sunt.

p. 503 B.	A. I p. 119 A.
τί δέ; τῶν παλαιῶν ἔχειc τινα εἰπεῖν, δι' ὅντινα αἰτίαν ἔχουcιν Ἀθηναῖοι βελτίουc γεγονέναι, ἐπειδὴ ἤρξατο δημηγορεῖν . .	ἀλλὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἢ τῶν ξένων δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἰπέ, ὅcτιc αἰτίαν ἔχει διὰ Περικλέουc cυνουcίαν cοφώτεροc γεγονέναι . .
p. 515 A. Καλλικλῆc ἤδη τινὰ βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν; ἔcτιν ὅcτιc διὰ Καλλικλέουc καλόc τε κἀγαθὸc γέγονεν ἢ ξένοc ἢ ἀcτὸc ἢ δοῦλοc ἢ ἐλεύθεροc	Imitator ex his locis unum composuit. Accedit, quod loci, quos auctor imitatus est, saepissime cum in Gorgia tum in aliis dialogis[1] exstant, ita ut facillime memoria tenere potuerit.

De duobus filiis Periclis in Gorgia nihil dicitur, sed in Protagora, cuius vestigia imitatorem secutum esse infra demonstrabitur[2]: Prot. p. 320 A ἐπεὶ Περικλῆc, ὁ τουτωνὶ τῶν

[1] cf. 514 DE ἤδη τιc ἄλλοc διὰ Cωκράτουc ἀπηλλάγη νόcου ἢ δοῦλοc ἢ ἐλεύθεροc; . . , καὶ εἰ μὴ εὑρίcκομεν δι' ἡμᾶc μηδένα βελτίω γεγονότα τὸ cῶμα, μήτε τῶν ξένων μήτε τῶν ἀcτῶν . . cf. etiam p. 502 D; — Lach. p. 186 B ἐπιδεῖξαι, τίνεc Ἀθηναίων ἢ τῶν ξένων, ἢ δοῦλοι ἢ ἐλεύθεροι, δι' ἐκεῖνον ὁμολογουμένωc ἀγαθοὶ γεγόναcιν . .

[2] cf. Meno p. 93 sqq.

νεανίςκων πατήρ, τούτους ἃ μὲν διδαςκάλων εἶχετο, καλῶς καὶ εὖ ἐπαίδευςεν, ἃ δὲ αὐτὸς ςοφός ἐςτι οὔτε αὐτὸς παιδεύει οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωςι . . εἰ δὲ βούλει, Κλεινίαν, τὸν Ἀλκιβιάδου τουτουὶ νεώτερον ἀδελφόν . .

At hoc loco Protagorae nihil animadvertimus odii illius, quod imitator ultro addidit ratus fortasse se Platonem etiam superare posse; immo hic Socrates familiariter de Pericle loquitur. Agnosci igitur hic optime potest ratio imitatoris. Et quam bene Socrates Alcibiadem educat! Alcibiades ipse sentire videtur, quam illiberaliter Socrates se gerat, cum dicat: ἐγώ, οἶμαι, αἴτιος, οὐ προςέχων τὸν νοῦν. Affero hoc, quia Adamius[1] praedicat eximiam educandi artem Socratis in dialogo descriptam. Nihil elucet hoc loco Platonis admirabilis magnitudinis, nihil generosi odii, nihil acerbitatis omnes res Atheniensium condemnantis.

Similis imitatio exstat p. 106 C, 109 B. Interrogat enim Socrates Alcibiadem, qua de re Atheniensibus in contionibus suadere in animo habeat; ostendit neque de aedificiis exstruendis neque de rebus medicinae cum suasurum esse; nam in his rebus fabrum et medicum plus valere. Alcibiades respondet p. 107 C: ὅταν περὶ τῶν ἑαυτῶν πραγμάτων (scil. ςυμβουλεύωςιν) et etiam distinctius: ὅταν περὶ πολέμου . . . καὶ περὶ εἰρήνης ἢ ἄλλου του τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. In hac parte non Gorgiam[2], sed locum Protagorae imitator paene ad verbum transscripsit. Habes locos contrapositos:

Prot. p. 319 B.	A. I p. 107 B ff.
ὁρῶ οὖν, ὅταν ςυλλεγῶμεν εἰς τὴν ἐκκληςίαν, ἐπειδὰν μὲν	. . . ὅταν οὖν περὶ τίνος βουλεύωνται; οὐ γάρ που ὅταν γε

[1] l. c. p. 48 Die grössten Vorzüge des Gespräches, die feine Charakterzeichnung, die pädagogische Kunst (!) . .

[2] Videtur auctor locum Gorgiae p. 455 B cum loco Protagorae coniunxisse: ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέςεως ᾖ τῇ πόλει ςύλλογος ἢ περὶ ἄλλου τινος δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλο τι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸς οὐ ςυμβουλεύςει; δῆλον γὰρ ὅτι ἐν ἑκάςτῃ αἱρέςει τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖςθαι· οὐδ' ὅταν τειχῶν περὶ οἰκοδομήςεως ἢ λιμένων καταςκευῆς ἢ νεωρίων, ἀλλ' οἱ ἀρχιτέκτονες . . . περὶ τίνων τῇ πόλει ςυμβουλεύειν οἷοί τε ἐςόμεθα; πότερον περὶ δικαίου μόνον καὶ ἀδίκου; Quia saepe auctor complures locos Platonis in unum contraxit, consulto similes locos collegisse et in componendo dialogo conglutinavisse videtur.

περὶ οἰκοδομίας τι δέῃ πρᾶξαι τὴν πόλιν τοὺς οἰκοδόμους μεταμεμπομένους ςυμβούλους περὶ τῶν οἰκοδομημάτων, ὅταν δὲ περὶ ναυπηγίας, τοὺς ναυπηγούς . . . ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς ςυμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργόν, κἂν πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούςιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶςι καὶ θορυβοῦςιν . . . ἐπειδὰν δέ τι περὶ τῆς πόλεως διοικήςεως δέῃ βουλεύςαςθαι, ςυμβουλεύει αὐτοῖς ἀνιςτάμενος περὶ τούτων ὁμοίως μὲν . . . πλούςιος, πένης, γενναῖος, ἀγεννής . .[2].	περὶ οἰκοδομίας; — Οὐ δῆτα. — Οἰκοδόμος γὰρ ταῦτά γε ςοῦ βέλτιον ςυμβουλεύςει. — Ναί. —
	p. 107 C.
	. . . τῶν περὶ ναυπηγίας λέγεις, ὁποίας τινὰς χρὴ αὐτοὺς τὰς ναῦς ναυπηγεῖςθαι; — Οὐκ ἔγωγε κτλ.
	p. 107 B.
	ἐάν τέ γε ςμικρὸς ἢ μέγας ᾖ, ἐάν τε καλὸς ἢ αἰςχρός, ἔτι τε γενναῖος ἢ ἀγεννής. — Πῶς γὰρ οὔ; — Εἰδότος γὰρ οἶμαι περὶ ἑκάςτου ἡ ςυμβουλή, καὶ οὐ πλουτοῦντος[1]. — Πῶς γὰρ οὔ; — Ἀλλ' ἐάν τε πένης ἐάν τε πλούςιος ᾖ ὁ παραινῶν, οὐδὲν διοίςει Ἀθηναίοις ὅταν περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει βουλεύωνται...

Perspicuum est auctorem imitationem occultare voluisse, cum etiam haec exempla adderet: γράμματα, κρούματα ἐν λύρᾳ, παλαίςματα, μαντική, ἰατρική. Sed ipso nimio exemplorum numero imitatio detegitur.

Atque postquam Alcibiades dixit, qua de re Atheniensibus suadere velit, Socrates interrogat: χρὴ δ' οὐχ οἷς βέλτιον . . . καὶ τότε ὁπότε βέλτιον . . . καὶ τοςοῦτον χρόνον ὅςον βέλτιον (scil. pacem facere et bellum gerere). Quod Alcibiades affirmat. Deinde Socrates definiri vult, quid hoc βέλτιον sit et exemplo demonstrat hoc βέλτιον esse in gymnastico (παιδοτρίβης) γυμναςτικώτερον (p. 108 B τί καλεῖς τὸ ἐν τῷ κιθαρίζειν βέλτιον, ὥςπερ ἐγὼ τὸ ἐν τῷ παλαίειν καλῶ γυμναςτικόν), quia hoc βέλτιον est id, quod omnino recte se habet, id est, quod

[1] οὐ πλουτοῦντος] Haec verba tantum loco Protagorae allato intellegi possunt; nam in A I sensu et connexu carent, ita ut Schanzius ea secluserit, quamquam non recte, quod demonstratum esse censeo.

[2] cf. etiam Meno p. 71 B εἴτε καλὸς εἴτε πλούςιος εἴτε καὶ γενναῖός ἐςτι εἴτε καὶ τἀναντία τούτων . .

arte (τέχνη) adhibita fit (p. 108 B ἐγὼ γάρ που ἀπεκρινάμην τὸ διὰ παντὸς ὀρθῶς ἔχον, ὀρθῶς δὲ δήπου ἔχει τὸ κατὰ τὴν τέχνην γιγνόμενον..) Simili modo in citharista hoc βέλτιον est μουσικώτερον (p. 108 E). Sic tandem invenitur in republica administranda hoc βέλτιον esse τὸ δικαιότερον: (p. 109 C) ἄλλο τι οὖν, ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἠρώτων βέλτιον πρὸς τὸ πολεμεῖν καὶ μὴ .... τὸ δικαιότερον τυγχάνει ὄν; Socrates igitur ita hoc βέλτιον distinctius significat, ut adiectivum ab arte sumptum loco eius ponat (e. g. γυμναστικώτερον pro βέλτιον).

Haec omnia admodum quaesite dicta esse nemo negabit, praesertim cum auctor ipse modo hoc, modo illud dicat. Altero loco dicit hoc βέλτιον esse γυμναστικόν, altero loco γυμναστικώτερον (p. 108 C, 108 E), quamquam comparativus solus recte se habet.

Atque totus hic locus ex Gorgiae loco pendet, cum imitator exemplar perscrutatus sit, ut aliquid inveniret, quod latius explanari posset. Hunc locum Gorgiae non ita paucis exemplis more Socratico et divisione illa exornavit et specie quadam doctrinae instruxit.

En locus Gorgiae!

Gorg. p. 470 B.

Socr. ἄλλο τι ἢ ὁμολογοῦμεν ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα, ἐνίοτε δ' οὔ;

Pol. Πάνυ γε.

Socr. Τοῦτο μὲν δή, ὡς ἔοικε, καὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἐμοῦ ὁμολογεῖται. — Pol. Ναί.

Pol. Πότε οὖν σὺ φῂς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν; εἰπὲ τίνα ὅρον ὁρίζει;

Pol. Σὺ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι ταὐτὸ τοῦτο.

Socr. Ἐγὼ μὲν τοίνυν φημί, ὦ Πῶλε, εἴ σοι παρ' ἐμοῦ ἡδιόν ἐστιν ἀκούειν, ὅταν μὲν δικαίως τις ταῦτα ποιῇ, ἄμεινον εἶναι, ὅταν δὲ ἀδίκως, κάκιον..

Sic disputat Socrates in Gorgia, postquam paulo ante demonstratum est nos multas res, quae neque bonae neque malae sunt velut currere, ire etc, eam ob rem solam facere, quia aliquid boni iis efficitur. Itaque eas facimus putantes

melius esse (οἰόμενοι ἄμεινον εἶναι); ut etiam homines interficimus arbitrati melius esse. Hoc ἄμεινον loco modo citato distinctius quaeritur et iustum esse dicitur.

Hunc igitur locum imitator latius explanavit et nonnullis exemplis usus (γυμναστική, μουσική) ad iustum pervenit, quod etiam in Georgia finem facit. Eum, qui rem publicam administrare vult, iustum esse necesse esse in Gorgia passim praedicatur, e. g. p. 508 C καὶ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων ..[1].

Affero nunc singulos locos similes:

Plato interrogat p. 470 B πότε οὖν σὺ φῂς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν;	Imitator interrogat p. 108 E τί τὸ ἄμεινον λέγεις; πρὸς τὶ τείνει τὸ ἐν τῷ εἰρήνην τε ἄγειν ἄμεινον;

Uterque invenit iustum.

p. 470 B εἰπὲ τίνα ὅρον ὁρίζει; p. 504 D Οὐκοῦν πρὸς ταῦτα βλέπων ὁ ῥήτωρ.. τούς λόγους προσοίσει ταῖς ψυχαῖς;	A. I p. 107 E ἔχεις οὖν εἰπεῖν, πρὸς τὶ βλέπων ὁ παιδοτρίβης συμβουλεύσειεν;
p. 502 A τί δέ; ὁ πατὴρ αὐτοῦ Μέλης πρὸς τὸ βέλτιστον βλέπων ἐδόκει σοι κιθαρῳδεῖν ..	p. 108 A ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν ᾄδοντα δεῖ κιθαρίζειν ποτὲ πρὸς τὴν ᾠδὴν καὶ βαίνειν; . . . Οὐκοῦν τότε ὁπότε βέλτιον; τί καλεῖς τὸ ἐν τῷ κιθαρίζειν βέλτιον;

Quamquam Plato hoc loco Gorgiae alio sensu ponit hoc πρὸς τὸ βέλτιστον βλέπων; loquitur enim de moribus civium emendandis. Sed nihilo minus imitator his verbis alium sensum supponere poterat.

Cf. etiam hos locos:

[1] cf. Meno p. 73 AB Ἆρ' οὖν οἷόν τε εὖ διοικεῖν ἢ οἰκίαν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν μὴ σωφρόνως καὶ δικαίως διοικοῦντα; . . . . . Οὐκοῦν ἄνπερ δικαίως καὶ σωφρόνως διοικῶσι, δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ διοικήσουσιν;

	p. 500 B
Passim in hac parte τὸ βέλτιον exstat.	παρασκευαὶ . . ἀγνοοῦσαι τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον . .

Ceterum de hoc loco cf. excursum.

Atque comprobatur haec Gorgiae imitatio fortasse eo, quod connexus sententiarum desideratur initio huius partis. Dixerat Alcibiades, qua de re Atheniensibus suasurus esset; tum interrogat Socrates: ἆρα λέγεις ὅταν βουλεύωνται, πρὸς τίνας χρὴ εἰρήνην ποιεῖσθαι καὶ τίσι πολεμεῖν καὶ τίνα τρόπον; Quod postquam Alcibiades affirmavit, Socrates subito interrogat: χρὴ δ᾽ οὐχ οἷς βέλτιον. Sentire mihi videor hoc non cum superioribus verbis coniunctum esse, sed, quia imitatio est, agglutinari.

Ceterum illa divisio, qua auctor imitationem exornavit, similiter in Platonis dialogis invenitur[1]:

Protag. p. 314 A . . ὅτι τε ἐδεστέον ἢ ποτέον καὶ ὅτι μή, καὶ ὁπόσον καὶ ὁπότε . . — Phaedo p. 62 A. ἔστιν ὅτε καὶ οἷς βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν . . — Phaedrus p. 268 B . . . εἰ προσεπίστασαι καὶ οὕστινας δεῖ καὶ ὁπότε ἕκαστα τούτων ποιεῖν, καὶ μέχρι ὁπόσου . . — p. 275 E . . παρ᾽ οἷς οὐδὲν προσήκει, καὶ οὐκ ἐπίσταται λέγειν οἷς δεῖ γε καὶ μή . . .

Tertia imitatio initium capit a capite decimo. Et perbene accidit, quod etiam in Gorgia alter locus, de quo modo disputavi, alterum, de quo nunc disputabo, sequitur. Modo Socrates Alcibiadem docuit in rebus publicis iustum et iniustum normam agendi esse, cum Alcibiades dicat Athenienses non iustitiam, sed semper utilitatem spectare in consiliis capiundis. p. 113 B. οἶμαι μέν, ὦ Σώκρατες, ὀλιγάκις Ἀθηναίους συμβουλεύεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, πότερα δικαιότερα ἢ ἀδικώτερα · τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα ἡγοῦνται δῆλα εἶναι · ἐάσαντες οὖν περὶ αὐτῶν σκοποῦσιν ὁπότερα συνοίσει πράξασιν · οὐ γὰρ ταὐτόν, οἶμαι, ἐστὶ τά τε δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα, ἀλλὰ πολλοῖς δὴ ἐλυσιτέλησεν ἀδικήσασι μεγάλα ἀδικήματα, καὶ ἑτέροις γε, οἶμαι, δίκαια ἐργασαμένοις οὐ συνήνεγκεν . .

Haec sententia plane Polo aut Callicle digna a Socrate refutatur, cum dicat omnia iusta pulchra esse (πάντα τὰ δίκαια καλὰ εἶναι); quod Alcibiades concedit. Sed negat omnia pulchra etiam bona esse, quia in pugnis saepissime ignavi serventur, fortissimi interficiantur. Itaque Socrates eum duobus modis docet omnia pulchra etiam bona esse. Primum enim demonstratur eandem rem altero modo pulchram, altero malam esse (p. 115 C οὐ κατὰ ταὐτόν γέ ἐστι καλὸν καὶ κακὸν τοῖς φίλοις βοηθεῖν), sed pulchra semper esse bona, turpia semper mala.

[1] cf. Divisiones quae vulgo dicuntur Aristoteleae, ed. Mutschmann, Lips. Bibl. Teubn., 1906, p. 21.

Idem sophistice sic demonstratur: Qui καλῶς πράττει, etiam εὖ πράττει; qui εὖ πράττει, etiam beatus est; itaque pulchra prosunt. Et quia Alcibiades initio concesserat omnia iusta pulchra esse et nunc bis concessit omnia pulchra bona esse, nunc concedere coactus est iusta bona esse et prodesse.

Atque quamvis concedendum sit auctorem sententias aequalium in hac parte componenda secutum esse, tamen non negari potest ei Platonem quoque exemplar fuisse, quia loci verbo tenus expressi sunt. Etiam per se mirum esset eum in hac sola parte Platonem neglexisse. In Gorgia enim Polus p. 470 D idem fere pronuntiat: τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρῴην γεγονότα ταῦτα ἱκανά σε ἐλέγξαι ἐστὶ καὶ ἀποδεῖξαι, ὡς πολλοὶ ἀδικοῦντες ἄνθρωποι εὐδαίμονές εἰσι. Et exemplar talis hominis Archelaum affert, regem Macedonum, qui, quamquam maximas iniurias commiserit, tamen beatus sit. Sed a Socrate cogitur concedere iusta meliora esse iniustis. At argumenta, quibus uterque utitur, nun ita similia sunt, quamquam pariter sophistica. Unde primum argumentum imitator sumpserit, pro certo dici non potest, fortasse ex Xenophontis Memorabilibus IV. 2, 32 Πότε δ᾽ ἄν, ἔφη, τὸ μὲν ὑγιαίνειν κακοῦ αἴτιον γένοιτο, τὸ δὲ νοσεῖν ἀγαθοῦ; Ὅταν, νὴ Δί᾽, ἔφη, στρατείας τε αἰσχρᾶς καὶ ναυτιλίας βλαβερᾶς καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων οἱ μὲν διὰ ῥώμην μετασχόντες ἀπόλωνται, οἱ δὲ δι᾽ ἀσθένειαν ἀπολειφθέντες σωθῶσιν κτλ.

Alterum argumentum loco Gorgiae exstat.

p. 507 C.	A. I p. 116 B.
ὥσπερ διήλθομεν . . . τὸν δὲ ἀγαθὸν εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν, ἃ ἂν πράττῃ, τὸν δὲ εὖ	Socr. Ἔτι τοίνυν ὧδε σκέψαι · ὅστις καλῶς πράττει, οὐχὶ καὶ εὖ πράττει;

πράττοντα μακάριόν τε καί εὐδαίμονα εἶναι . .	Alc. Ναί. Socr. οἱ δ' εὖ πράττοντες οὐκ εὐδαίμονες;

Confer etiam hos locos:

p. 476 B.	A. I p. 115 A.
ἔχεις οὖν λέγειν ὡς οὐχὶ τά γε δίκαια πάντα καλά ἐστι . .	ἀλλὰ πάντα τὰ δίκαια καλά;

Praeterea auctori in hac parte componenda pauci loci primi libri Reipublicae [1] obversati esse videntur. Affero locos:

p. 343 D δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου πανταχοῦ ἔλαττον ἔχει . .

p. 347 E τὸν τοῦ ἀδίκου βίον φάσκων εἶναι κρείττω ἢ τὸν τοῦ δικαίου . .

p. 348 B τήν τελέαν ἀδικίαν τελέας οὔσης δικαιοσύνης λυσιτελεστέραν φῂς εἶναι . .

p. 354 A ff. Ἡ μὲν ἄρα δικαία ψυχὴ καὶ ὁ δίκαιος εὖ βιώσεται, κακῶς δὲ ὁ ἄδικος; . . . Ἀλλὰ μὴν ὅ γε εὖ ζῶν μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ὁ δὲ μὴ τἀναντία; . . . ὁ μὲν δίκαιος ἄρα εὐδαίμων, ὁ δὲ ἄδικος ἄθλιος. . . . Ἀλλὰ μὴν ἄθλιον εἶναι οὐ λυσιτελεῖ, εὐδαίμονα δὲ . . . Οὐδέποτ' ἄρα, ὦ μακάριε Θρασύμαχε, λυσιτελέστερον ἀδικία δικαιοσύνης . .

Ceterum concedendum est auctorem A. I hunc locum satis libere et solute composuisse.

Cuius initio occurrit contradictio gravis, cum Alcibiades contra Socratis sententiam dicat: ὀλιγάκις Ἀθηναίους βουλεύεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, πότερα δικαιότερα ἢ ἀδικώτερα. τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα ἡγοῦνται δῆλα εἶναι. Quomodo Alcibiades hoc dicere potest, cum modo a Socrate demonstratum sit Athenienses et omnes homines nihil scire de iustitia et Alcibiades concesserit (p. 112) Hanc stultitiam Socratem vituperare opus esset, sed statim novas res aggreditur. Qua re satis perspicuum est auctorem dialogum compluribus imitationibus male coniunctis composuisse.

Praeterea definitio iustitiae desideratur. Semper de iustitia oratio est, sed nusquam discimus, quid iustitia sit, quae etiam postea non definitur. Attamen hoc summum erat. Semper enim praedicatur scientes tantum (τοὺς εἰδότας) sua-

[1] Ceteras imitationes p. 57.

dere posse. Quomodo igitur Alcibiades, si non a Socrate didicit, quid sit iustitia, suadere potest? Contra infra temperantia (σωφροσύνη) definitur, sed ita, ut statim cognoscamus, unde hanc definitionem habeat (v. infra p 49).

Alia imitatio mihi statuenda esse videtur inde a p. 128, ubi auctor definit, quid sit ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι, quid τῶν ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι.

φέρε δή, τί ἐστι τὸ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι καὶ πότε ποιεῖ ἄνθρωπος; ἆρα ὅταν τῶν αὑτοῦ ἐπιμελῆται, τότε καὶ αὑτοῦ;

Nonnullis exemplis demonstratur nos, si τῶν ἑαυτῶν memores sumus, non nos ipsos curare.

Atque in Platonis Apologia Socratis [1] simillimum aliquid exstat p. 36 C . . . ἐπιχειρῶν ἕκαστον ὑμῶν πείθειν, μὴ πρότερον μήτε τῶν ἑαυτοῦ μηδενὸς ἐπιμελεῖσθαι, πρὶν ἑαυτοῦ ἐπιμεληθείη, ὅπως ὡς βέλτιστος καὶ φρονιμώτατος ἔσοιτο, μήτε τῶν τῆς πόλεως, πρὶν αὐτῆς τῆς πόλεως τῶν τε ἄλλων οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελεῖσθαι . . [2].

Ceterum hoc loco denuo bene ratio imitatoris agnosci potest. Id, quod Plato una sententia breviter dicit, in totum caput distraxit, cum brevem locum Apologiae aliis Gorgiae exornet. Auctorem Apologiam novisse compluribus imitationibus constat, quas infra afferam.

Atque hic locus Apologiae paene hortatur, ut res paulo latius explanetur: τῶν τε ἄλλων κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελεῖσθαι. Hoc quoque passim in Alcibiade I praedicatur: ὅπως ὡς βέλτιστος καὶ φρονιμώτατος γένοιτο, e. g. p. 124 D φαμὲν γὰρ δὴ ὡς ἄριστοι βούλεσθαι γενέσθαι . . Imitator sic philosophatur: σκυτικῇ curamus τὰ τοῦ ποδός, γυμναστκῇ τὸν πόδα, eodem modo ὑφαντικῇ τὰ τοῦ σώματος, γυμναστικῇ τὸ σῶμα . .

[1] Ceteras Apologiae imitationes vide p. 53.

[2] Videtur etiam Isocrates hunc locum imitatus esse XV. 289: ἄρτι δ' ἐκ παίδων ἐξεληλυθότες ἔγνωσαν, ἃ πολλοὶ τῶν πρεσβυτέρων οὐκ ἴσασιν, ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς καὶ πρεπόντως προεστῶτα τῆς ἡλικίας καὶ καλὴν ἀρχὴν τοῦ βίου ποιούμενον αὑτοῦ πρότερον ἢ τῶν αὑτοῦ ποιήσασθαι τὴν ἐπιμέλειαν καὶ μὴ σπεύδειν μηδὲ ζητεῖν ἑτέρων ἄρχειν, πρὶν ἂν τῆς αὑτοῦ διανοίας λάβῃ τὸν ἐπιστατήσοντα, μηδ' οὕτω χαίρειν μηδὲ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὡς ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὴν παιδείαν ἐγγιγνομένοις . .

Simili modo Gorgiae quibusdam locis dinstinguitur, quos auctor cum loco Apologiae modo allato coniunxit.

p. 517 D ff. διττὴ αὕτη τις πραγματεία ἐστι καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ ψυχὴν. Altera curat „σιτία, ποτά, ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα“, quas quidem res unusquisque curare potest: σιτοποιὸς ἢ ὀψοποιὸς ἢ ὑφάντης ἢ σκυτοτόμος ἢ σκυτοδεψός.

Sed praeterea exstat ars medica et gymnastica (τέχνη γυμναστικὴ καὶ ἰατρική), quae re vera corpus curat (ἣ δὴ τῷ ὄντι ἐστὶ σώματος θεραπεία). Exempla (γυμναστική, σκυτική, ὑφαντική) etiam ab imitatore adhibentur. Gorgiae p. 465 B de arte ornandi (κομμωτική)[1] agitur, unde imitator fortasse aliud exemplum (δακτυλίου ἐπιμελεῖσθαι) sumpsit. Facile quis commoveri poterat, ut in hunc locum Gorgiae accommodaret distinctionem Apologiae (ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι, τῶν ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι), cum uterque locus sit de recte curando.

Atque Plato in Gorgia a corpore transit ad animam et in hac quoque duas curandi rationes demonstrat (p. 464 B), neque aliter imitator a corpore transit ad animam, cum doceat sibi consulere esse animae consulere, postquam invenit verum hominem animam esse. Sed denuo imitator Platonem superare conatur. Cum Plato in Apologia tantum distinguat inter duo (ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι, τῶν ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι), ille etiam tertium ridiculum sibi fingit: τὰ τῶν ἑαυτοῦ γιγνώσκειν.

Alium locum imitator e Platonis Legibus transscripsit:

p. 644 A.	A. I p. 131 A B.
τὴν δὲ εἰς χρήματα τείνουσαν (scil. παιδείαν) ἤ τινα πρὸς ἰσχὺν ἢ καὶ πρὸς ἄλλην τινα σοφίαν ἄνευ νοῦ καὶ δίκης βάναυσον τ' εἶναι καὶ ἀνελεύθερον καὶ οὐκ ἀξίαν τὸ παράπαν παιδείαν καλεῖσθαι . .	Οὐδεὶς ἄρα ἰατρῶν ἑαυτὸν γιγνώσκει . . οὐδὲ παιδοτριβῶν . . Διὰ ταῦτα καὶ βάναυσοι αὗται αἱ τέχναι καὶ οὐκ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθήματα . . .
(Cf. p. 723 A.)	ὅστις δέ γε τὰ χρήματα (scil. θεραπεύει) οὐδ' ἑαυτὸν γιγνώσκεί . .

Hoc loco Alc. I denuo connexus sententiarum desideratur. Antecedentia frustra disputata sunt, quamquam initio Socrates

[1] Gorg. p. 465 B τῇ δὲ γυμναστικῇ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἡ κομμωτική, κακοῦργός τε οὖσα καὶ ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος . . .

aliquid certi in animo habere videtur (p. 126 A). Sed neque Socrates neque Alcibiades id, quod quaeritur, invenire possunt. Tum Socrates interrogat p. 127 E φέρε δὴ τί ἐστι τὸ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι. Sine ulla coniunctione hoc quaeritur, ita ut denuo appareat dialogum e compluribus imitationibus compositum esse.

Ceterum hic in moribus Socratis, quales auctor describit, repugnantia inesse videntur. Initio dialogi Socrates dixerat se solum Alcibiadis consilia efficere posse (p. 105 E); sed nunc subito dicit p. 124 C: κοινὴ βουλὴ ᾧ τινι τρόπῳ ἄν ὅτι βέλτιστοι γενοίμεθα. ἐγὼ γάρ τοι οὐ περὶ μὲν σοῦ λέγω ὡς χρὴ παιδευθῆναι, περὶ δ' ἐμοῦ δ' οὔ κτλ. Hoc loco is est Socrates, qualis vivus loquebatur, illo loco, qualem Plato maior natu sibi fingebat. Tamen hoc a Platone abhorret Socratem praedicare et ostentare potestatem suam. Quamvis enim Socrates Platonis maioris natu doctrinam quandam habeat, tamen nusquam ostentat atque iactat, sed per ironiam negat. Sed hic plane contrarium exstat: Primo in capite iactat potestatem, altero loco concedit se quoque nihil scire, quod non per ironiam dicit, sed re vera nihil scit. Praeterea repugnat sibi, cum Socrates ignorantiam fateatur et tamen de doctrina idearum loquatur. Omnino auctor mores Socratis non intellexit; Xenophontis et Platonis Socratem stultissime confudit. Quis, si modo verum Socratem Platonis intellexit, Xenophontis scripta exprimeret!

Quinta quoque imitatio mihi statuenda esse videtur, dico illam imaginem oculi et animae in exitu dialogi propositum (p. 132 D sqq.). Ut oculus se conspicit optime in alio oculo, sic anima se optime conspicit in animae optima parte, id est in mente. Nemo non statim meminit illius pulcherrimae imaginis, quae legitur in Platonis Republica, quam imitatorem bene cognovisse constat. Atque Platonis imago haec est: Si oculos convertimus in res a sole illustratas, oculis vis videndi inest; sin autem in tenebras, oculi caeci esse videntur. Non aliter in anima res se habet: Si animam convertimus in id, quod veritas illustrat, mentem habemus, si minus, mentem non habemus: p. 508 D οὕτω καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει· ὅταν μὲν οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν, εἰς τοῦτο ἀπερείσηται,

ἐνόηϲέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ νοῦν ἔχειν φαίνεται, ὅταν δὲ εἰϲ τὸ τῷ ϲκότῳ κεκραμένον ἔοικεν αὖ νοῦν οὐκ ἔχοντι . . ϲκότοϲ etiam ab imitatore usurpatur in hac ipsa imagine: p. 134 E εἰϲ τὸ ἄθεον καὶ τὸ ϲκοτεινὸν βλέποντοϲ . .

Quae ratio intercedit inter has imagines? Certe illud, quod imagine illustrandum est, idem est. Ubi enim Plato veritatem et essentiam (ἀλήθειαν καὶ τὸ ὄν) invenit nisi in sua ipsius anima atque in optima eius parte? neque enim alibi Plato docet divini quidquam inveniri. Si quis igitur in suam animam spectat, in qua veritas est, id cognoscit, quod illustratur veritate (ἔγνω αὐτό, i. e. οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν). Haec vera essentia hominis est. Quid aliud imitator vult? Nihil fecit nisi Platonis imaginem interpretatus est: p. 133 B. ψυχὴ εἰ μέλλει γνώϲεϲθαι αὑτήν, εἰϲ ψυχὴν αὐτῇ βλεπτέον καὶ μάλιϲτ' εἰϲ τοῦτον τὸν αὐτῆϲ τόπον, ἐν ᾧ ἐγγίγνεται ἡ ψυχῆϲ ἀρετή[1], ϲοφία καὶ εἰϲ ἄλλο, ᾧ τοῦτο τυγχάνει ὅμοιον ὄν . . Hic locus (τόποϲ) est is, de quo ipse Plato dicit: οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν. Pro Platonis verbo ἀπερείϲηται admodum proprio imitator dicit βλέπειν (p. 134 E εἰϲ τὸ ἄθεον καὶ τὸ ϲκοτεινὸν βλέποντεϲ).

Res igitur ipsa eadem est apud utrumque, sed imago apud auctorem alia est, eaque pessima, quaesita. Paene sentiri potest eum aliam imaginem quaesivisse, ne nimis Platoni similis fierit. Nam imago falsa est; nemo suum oculum in oculo alterius videre potest, ita ut etiam caute addatur: εἰϲ τί βλέποντεϲ τῶν ὄντων ἐκεῖνό τε ὁρῶμεν καὶ ἡμᾶϲ αὐτούϲ; Praeterea, quia postulatur, ut nos ipsos cognoscamus, oculus, si imago recta esset, se in se ipso conspicere deberet, id quod nullo modo fieri potest. Itaque imago imitatoris admodum falsa et ridicula est.

Hoc etiam videmus, ut apud Platonem eodem loco exstat: ἐπιϲτήμην καὶ ἀλήθειαν, ὥϲπερ ἐκεῖ φῶϲ τε καὶ ὄψιν, ἡλιοειδῆ νομίζειν ὀρθόν, ἥλιον δὲ ἡγεῖϲθαι οὐκ ὀρθῶϲ ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ νομίζειν, ταῦτ' ἀμφότερα ὀρθόν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖϲθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθόν, ἀλλὰ ἔτι μειζόνωϲ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν, ita imitatorem quoque maius fingere quam singulas

---

[1] ψυχῆϲ ἀρετή est enuntiatum Platonis, cf. p. 353 C sqq. Reipublicae.

animas (p. 130 D ὃ ἄρτι οὕτω πωϲ ἐρρήθη, ὅτι πρῶτον ϲκεπτέον εἴη αὐτὸ τὸ αὐτό· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ αὐτὸ ἕκαϲτον ἐϲκέμμεθα, ὅτι ἐϲτί, καὶ ἴϲωϲ ἐξαρκέϲει . . .). Sed cum Plato hoc facere possit, imitator putide, ne quis putet se hoc ignorare, ideam animae affert, etsi admodum supervacaneum est.

At nunc postquam de longioribus imitationibus disputavi, breviores locos verbo tenus ex Platone expressos afferam, quorum non ita parvo numero etiam id, quod disputavi, confirmari posse videtur. Nam si inter omnes constat auctorem Gorgiam aliosque Platonis dialogos verbo tenus imitatum esse, id quoque, quod sensu solo Platoni simile est, non fortuito simile esse probabile videtur.

Atque ex Gorgia auctor haec verbo tenus expressit:

p. 468 A. καί οἷον αὖ λίθουϲ καὶ ξύλα καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα	A. I p. 111 C. ποῖόν ἐϲτι λίθοϲ καὶ ξύλον . . . ὡϲαύτωϲ καὶ πάντ' ὅϲα τοιαῦτα[1]
p. 475 D. μὴ ὄκνει ἀποκρίνεϲθαι, ὦ Πῶλε, οὐδὲν γὰρ βλάβηϲει . .	p. 114 E. Socr. ἀποκρίνου δή . . . Alc. οὔτοι, ἀλλ' ἀποκριτέον, οὐδέν γὰρ οἴομαι βλαβήϲεϲθαι . .
p. 514 D. εἰ ἐπιχειρήϲαντεϲ δημοϲιεύειν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλουϲ ὡϲ ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντεϲ, ἐπεϲκεψάμεθα δήπου, . . . ἤδη τιϲ διὰ Cωκράτουϲ ἀπηλλάγη νόϲου; καὶ εἰ μὴ εὑρίϲκομεν . . οὐ καταγέλαϲτον εἴη;	p. 108 E. ἀλλὰ μέντοι αἰϲχρόν γε, εἰ μέν τίϲ ϲε λέγοντα καὶ ϲυμβουλεύοντα περὶ ϲιτίων, ὅτι βέλτιον εἴη τόδε . . . . . ἔπειτα ἐρωτήϲειε, τί τὸ ἄμεινον, . . . περὶ μὲν τούτων ἔχειϲ εἰπεῖν, ὅτι τὸ ὑγιεινότερον, καίτοι οὐ προϲποιεῖ ἰατρὸϲ εἶναι . .

---

[1] cf. Polystratus, ed. Wilke, Lipsiae 1905, Bibl. Teubn. p. XII, adnot. 2: „tales quaestiones primo a sophistis motas esse notum est. a posterioribus autem, cum easdem res tractant, eorum exempla quoque sollemnia repeti comprobatur locis quibusdam etc." Addas locis a Wilkio allatis fortasse etiam hos: Phaedo p. 74 A φαμέν πού τι εἶναι ἴϲον, οὐ ξύλον λέγω ξύλῳ οὐδε λίθον λίθῳ οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδεν . . (idem p. 74 B, D); cf. Euthyd. p. 300 B ὅταν οὖν λίθουϲ λέγηϲ καὶ ξύλα καὶ ϲιδήρια, οὐ ϲιγῶντα λέγειϲ; Theaet. p. 156 E.

p. 477 C.
τίς οὖν τούτων πονηριῶν αἰσχίστη; οὐχ ἡ ἀδικία καὶ συλλήβδην ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία;

p. 527 E.
οἷς οὐδέποτε ταὐτὰ δοκεῖ περὶ τῶν αὐτῶν καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων . . .

p. 118 A.
οὐκοῦν ὅταν ᾖ περὶ τὰ μέγιστα (scil. ἡ ἀγνοία), τότε κακουργοτάτη καὶ αἰσχίστη; τί οὖν; ἔχεις μείζω εἰπεῖν δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ ξυμφερόντων[1];

p. 502 E.
χαρίζεσθαι αὐτοῖς πειρώμενοι μόνον, εἰ δέ γε βελτίους ἔσονται ἢ χείρους διὰ ταῦτα, οὐδὲν φροντίζουσι . .

p. 120 B.
κολακεύσοντες τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες . .

Ceterum imitator facile commoveri poterat, ut verbo κολακεύειν uteretur; nam in Gorgia saepe κολακεία vox pro illo χαρίζεσθαι exstat, e. g. p. 503 A, 463 B, 466 A.

p. 504 E.
. . ὅπως ἂν αὐτοῦ τοῖς πολίταις δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται, ἀδικία δὲ ἀπαλλάττηται, καὶ σωφροσύνη μὲν ἐγγίγνηται, ἀκολασία δὲ ἀπαλλάττηται, καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ ἐγγίγνηται, κακία δε ἀπίῃ (cf. 506 D).

A. I p. 126 A.
(πόλις) σώζεται τίνος παραγιγνομένου ἢ ἀπογιγνομένου, ὥσπερ ἂν εἰ σύ με ἔροιο· ἄμεινον σῶμα διοικεῖται καὶ σώζεται τίνος παραγιγνομένου ἢ ἀπογιγνομένου;

Utroque loco quaeritur, quomodo optime civitas administretur[2].

p. 513 C.
ὁ δὲ δήμου . . ἔρως ἐνὼν ἐν τῇ σῇ ψυχῇ ἀντιστατεῖ μοι (cf. p. 481 D).

A. I p. 132 A.
φοβοῦμαι, μὴ δημεραστὴς ἡμῖν γενόμενος διαφθαρῇς . . .

---

[1] cf. hos locos:

p. 476 E.
τὰ δὲ δίκαιά που καλὰ ὡμολόγηται;

A. I p. 116 C.
μνημονεύεις οὖν περὶ τῶν δικαίων πῶς ὡμολογήκαμεν; — οἶμα γε τοὺς τὰ δίκαια πράττοντας ἀναγκαῖον εἶναι καλὰ πράττειν . .

[2] cf. p. 24.

p. 514 A.
ἢ τειχῶν ἢ νεωρίων ἢ ἱερῶν ἐπὶ τὰ μέγιστα οἰκοδομήματα...

p. 517 C.
ναῦς καὶ τείχη καὶ νεωρία καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα καὶ ἐγώ σοι ὁμολογῶ δεινοτέρους εἶναι ἐκείνους ἐκπορίζειν . . .

p. 519 A.
ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων . . . ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν . .

p. 504 D.
ὁ ῥήτωρ . . τοὺς λόγους προσοίσει ταῖς ψυχαῖς . . . πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχων, ὅπως ἂν αὐτοῦ τοῖς πολίταις δικαιοσύνη ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται . . .

p. 527 D.
οὐδὲν γὰρ πείσει δεινὸν, ἐάν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθός, ἀσκῶν ἀρετήν. κἄπειτα οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς . . .

p. 527 C.
ἐμοὶ μὲν οὖν πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα, οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτῶν . . (cf. p. 508 B).

p. 467 B.
πῶς οὖν οἱ ῥήτορος μέγα δύναιντο ἢ οἱ τύραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ ὑπό Πώλου, ὅτι ποιοῦσι ἃ βούλονται . .

p. 134 B.
οὐκ ἄρα τειχῶν οὐδὲ τριηρῶν οὐδὲ νεωρίων δέονται αἱ πόλεις, εἰ μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, οὐδὲ πλήθους οὐδὲ μεγέθους ἄνευ ἀρετῆς . .

Per se intellegitur auctorem sententias tam saepe repetitas facile memoria tenuisse.

p. 134 B.
εἰ δὴ μέλλεις τὰ τῆς πόλεως πράξειν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ἀρετῆς σοι μεταδοτέον τοῖς πολίταις. (C) αὐτῷ ἄρα σοι πρῶτον κτητέον ἀρετὴν καὶ ἄλλῳ, ὃς μέλλει μὴ ἰδίᾳ μόνον . . ἐπιμελήσεσθαι, ἀλλὰ πόλεως καὶ τῶν τῆς πόλεως

p. 134 D.
ἀλλὰ μὴν οὕτω γε πράττοντας ὑμᾶς ἐθέλω ἐγγυήσασθαι ἦ μὴν εὐδαιμονήσειν . .

p. 135 B.
Οὐκ ἄρα τυραννίδα χρὴ . . παρασκευάζεσθαι οὔθ' αὑτῷ οὔτε τῇ πόλει, εἰ μέλλετε εὐδαιμονεῖν, ἀλλ' ἀρετήν . .

p. 134 C.
οὐκ ἄρα ἐξουσίαν σοι οὐδ' ἀρχὴν παρασκευαστέον σαυτῷ ποιεῖν ὅτι ἂν βούλῃ . .

p. 135 A.
εἴ τῳ ἐξουσία εἴη ποιεῖν ὃ

p. 469 C. ἐξεῖναι (τοῖς τυράννοις) ἐν τῇ πόλει, ὃ αὖ δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τούτο . .	δοκεῖ . . . ἐξουσίας οὔσης δρᾶν ὃ βούλεται . .
p. 467 A. οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσι ἃ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ οἱ τύραννοι οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται . .	B. οὐκ ἄρα τυραννίδα χρή, ὦ ἄριστε Ἀλκιβιάδη, παρασκευάζεσθαι οὔθ' αὑτῷ οὔτε τῇ πόλει, εἰ μέλλετε εὐδαιμονεῖν, ἀλλ' ἀρετήν . .

In utroque dialogo Socrates hortatur, ne quis tyrannidem bonum esse putet. Ad Charmidem transeo, ex quo dialogo imitatorem pauca verbo tenus expressisse bene demonstrari potest. Qui dialogus in temperantia (σωφροσύνη) definienda versatur. Paucis falsis definitionibus a Charmida allatis denuo eam sic definit: ὅτι σωφροσύνη εἴη τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. Sed a Socrate refutatur, qui dicit rempublicam servari non posse, si omnes suas solas res agunt, posse, si temperantia in civibus inest; itaque Charmidae definitio falsa est. Quibus rebus dictis Critias aliam definitionem affert: τὸ γνῶθι σαυτὸν καὶ τὸ σωφρόνει ἐστὶ ταὐτόν· (p. 164 D E, 165 D, 167 A).

Haec eadem ab imitatore p. 127 B sqq. afferuntur. Quaeritur, quomodo civitas optime servari possit, quod Alcibiadem scire opus est, quia civitati praeesse in animo habet. Atque putat amicitiam inter cives instituendam esse (p. 127 C . . ὅταν φιλία μὲν αὐτοῖς γίγνηται πρὸς ἀλλήλους, τὸ μισεῖν δὲ καὶ στασιάζεσθαι ἀπογίγνηται)[1]. Sed quae sit haec amicitia, Alcibiades definire non potest. Censet amicitiam inter cives esse, si omnes τὰ ἑαυτῶν faciant.

Charm. p. 161.	A. I p. 127 B.
δοκεῖ σοι ἂν πόλις εὖ οἰκεῖσθαι ὑπὸ τούτου τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος τὸ ἑαυτοῦ ἱμάτιον ἕκαστον ὑφαίνειν κτλ . . τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐργάζεσθαί τε καὶ πράττειν . .	οὐδ' αὖ ταύτῃ οἰκοῦνται αἱ πόλεις, ὅταν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι πράττωσι . .

Id, quod Plato una sententia dicit, denuo auctor in totum

[1] Hic locus ex Rep. expressus est. cf. p. 57.

caput distrahit, cum locum exemplis exornat[1]. Praeterea in Alc. I temperantia quaerenda est, in Charmide iam adest, sed definienda est, ita ut imitator denuo mutaverit: Plato a re definienda progreditur ad definitiones, imitator vice versa per Platonis definitiones ad rem definitam progreditur, ita ut tandem cogatur rem ipsam satis abrupte afferre, velut hoc loco temperantiam.

Sed eo maxime demonstratur auctorem Charmiden Platonis cognovisse, quod utroque loco altera definitio alteram sequitur. Priore loco exstat illa, quam modo attuli, deinde altera, qua contenditur temperantiam esse se ipsum cognoscere. Imitator igitur de Glaucone illum Xenophontis locum definitionibus Platonicis exornavit.

p. 164 D. E.	A. I p. 131 B.
σχεδὸν γάρ τι ἔγωγε αὐτὸ τοῦτό φημι εἶναι σωφροσύνην, τὸ γιγνώσκειν ἑαυτὸν καὶ ξυμφέρομαι τῷ ἐν Δελφοῖς ἀνατιθέντι τὸ τοιοῦτον γράμμα . . . τὸ γὰρ γνῶθι σαυτὸν καὶ τὸ σωφρόνει ἔστι ταὐτόν, ὥς τὰ γράμματά φησι . .	εἰ ἄρα σωφροσυνη ἐστὶ τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν, οὐδεὶς τούτων σώφρων . . p. 133 C τὸ δὲ γιγνώσκειν αὑτὸν ὁμολογοῦμεν σωφροσύνην εἶναι . .

Imprimis animadvertendum est illud ἄρα. Nam qui ἄρα dicit, significat hoc iam semel dictum esse aut per se intellegi; neutrum in nostrum locum cadit. Hoc nullo modo perspici potest, nisi censemus imitatorem definitionis Charmideae memorem sic scripsisse.

Etiam ex Phaedro et Convivio pauca expressa sunt, quamquam imitator doctrinam amatoriam illorum dialogorum non secutus est. Habes locos:

Conv. p. 218 D.	A. I p. 105 D.
Dicit Alcibiades: τούτου (scil. ὥς βέλτιστον γενέσθαι) δὲ οἶμαί μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ . .	τούτων γάρ σοι ἁπάντων διανοημάτων τέλος ἐπιτεθῆναι ἄνευ μου ἀδύνατον . .[2].
p. 222 B. Dicit Alcibiades: καὶ μέντοι	p. 135 D. καὶ πρὸς τούτοις μέντοι τόδε

[1] Unum ex Xenophonte sumptum est. Mem. III. 9, 11.
[2] cf. p. 178 C.

οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα πεποίηκεν (i. e. ὕβρισεν) ἀλλὰ καὶ Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος καὶ Εὐθύδημον, τὸν Διοκλέους, καὶ ἄλλους πάνυ πολλούς, οὓς οὗτος ἐξαπατῶν ὡς ἐραστὴς παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς καθίσταται ἀντ' ἐραστοῦ[1].	λέγω ὅτι κινδυνεύσομεν μεταβαλεῖν τὸ σχῆμα, ὦ Σώκρατες, τὸ μὲν σὸν ἐγώ, σὺ δὲ τοὐμόν. οὐ γὰρ ἔστιν ὅπως οὐ παιδαγωγήσω σε ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, σὺ δ' ὑπ' ἐμοῦ παιδαγωγήσῃ . .
p. 216 A. ὥστε μοι δόξαι οὐ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω . .	p. 119 A. τί οὖν διανοεῖ περὶ σαυτοῦ; πότερον ἐὰν ὡς νῦν ἔχεις;
p. 212 A. τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι . .	p. 134 D. Δικαίως μὲν γὰρ πράττοντος καὶ σωφρόνως σύ τε καὶ ἡ πόλις θεοφιλῶς πράξετε . .

Non mirum est imitatorem maxime ex oratione Alcibiadis de Socrate locos transscripsisse, cum haec pars Convivii optimus fons esset. Accedunt hi loci:

p. 218 C. Σὺ ἐμοὶ δοκεῖς . . ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγονέναι μόνος . .	A. I p. 131 E. . . οὔτ' ἐγένεθ', ὡς ἔοικεν, Ἀλκιβιάδῃ τῷ Κλεινίου ἐραστὴς οὔτ' ἔστιν ἀλλ' εἷς μόνος . . .
p. 221 D. οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος[2]	p. 106 A. πολύ γέ μοι, ὦ Σώκρατες, νῦν ἀτοπώτερος φαίνει
p. 213 B/C. ἐλλοχῶν αὖ με ἐνταῦθα κατέκεισο ὥσπερ εἰώθεις ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι ὅπου ἐγὼ ᾤμην ἥκιστά σε ἔσεσθαι . .	p. 104 D. τί ποτε βούλει καὶ εἰς τίνα ἐλπίδα βλέπων ἐνοχλεῖς με, ἀεὶ ὅπου ἂν ὦ ἐπιμελέστατα παρών . . .[3]

[1] cf. p. 217 C προκαλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων . . .

[2] cf. etiam Phaedrum p. 230 C σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνει . .

[3] cf. Zeller l. l. p. 260 . . . um wie vieles wahrscheinlicher ist es nicht, dass eine solche Darstellung nur dem späteren Nachahmer angehört, dem teils überhaupt die sokrat. Menschenjagd, teils wohl auch im besondern die missverstandene Stelle im Gastmahl S. 213 B vorschwebte?

p. 205 A. κτήσει γὰρ . . ἀγαθῶν οἱ εὐδαίμονες εὐδαίμονες . .	p. 116 B. Οὐκοῦν εὐδαίμονες δι' ἀγαθῶν κτῆσιν;
Phaedr. p. 255 B. ὅτι οὐδ' οἱ ξύμπαντες ἄλλοι φίλοι τε καὶ οἰκεῖοι μοῖραν φιλίας οὐδεμίαν παρέχονται πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον . .[1].	p. 105 E. . . ἐνδειξάμενος ὅτι παντὸς ἄξιος εἰμί σοι καὶ οὔτ' ἐπίτροπος οὔτε συγγενὴς οὔτε ἄλλος οὐδεὶς ἱκανὸς παραδοῦναι τὴν δύναμιν ἧς ἐπιθυμεῖς . .
p. 263 A. Socr. Ἆρ' οὖν οὐ παντὶ δῆλον τό γε τοιόνδε, ὡς περὶ μὲν ἔνια τῶν τοιούτων ὁμονοητικῶς ἔχομεν, περὶ δ' ἔνια στασιωτικῶς; Phaedr. δοκῶ μὲν ὃ λέγεις μανθάνειν· ἔτι δ' εἰπὲ σαφέστερον. Socr. Ὅταν τις ὄνομα εἴπῃ σιδήρου ἢ ἀργύρου, ἆρ' οὐ τὸ αὐτὸ πάντες διενοήθημεν; Phaedr. Καὶ μάλα. Socr. Τί δ' ὅταν δικαίου καὶ ἀγαθοῦ, οὐκ ἄλλος ἄλλῃ φέρεται καὶ ἀμφισβητοῦμεν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς;	p. 111 B[2]. Socr. Οὐκοῦν τοὺς εἰδότας ὁμολογεῖν ἀλλήλοις καὶ μὴ διαφέρεσθαι; Alc. Ναί. Socr. Ἐν οἷς δ' ἂν διαφέρωνται, ταῦτα φήσεις εἰδέναι αὐτούς; Alc. Οὐ δῆτα . . . . . Socr. Τί οὖν; δοκοῦσί σοι διαφέρεσθαι οἱ πολλοὶ ποῖόν ἐστι λίθος ἢ ξύλον; p. 112 A. τί δὲ δὴ νῦν; περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἀνθρώπων καὶ πραγμάτων οἱ πολλοὶ δοκοῦσί σοι ὁμολογεῖν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἢ ἀλλήλοις;

Illa exempla (λίθος καὶ ξύλον) imitator ex alio loco transscripsit[3].

p. 261 A. ἀποκρινέσθω δὴ ὁ Φαῖδρος. — Ἐρωτᾶτε.	A. I p. 106 B. Ἀποκρίνου δή. — Ἐρώτα[4].

[1] cf. Conv. p. 178 C ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε συγγένεια οἵα τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρως . .

[2] cf. Wilke. l. l. p. XIV[2].

[3] cf. p. 45.

[4] cf. etiam Gorg. p. 448 B . . . ἐπειδὴ σὺ βούλει, ἀποκρίνου. — Ἐρώτα.

Id igitur videmus imitatorem bene Convivium et Phaedrum novisse[1], etsi eorum scriptorum doctrinam amatoriam non secutus est. Quare hoc non fecerit, infra[2] demonstrabitur.

Ex Eutyphrone iam supra locum attuli[3]. Accedunt pauci alii loci[4]:

p. 3 A.	A. I p. 135 E.
Βουλοίμην ἄν, . . . ἀλλ' ὀρρωδῶ μὴ τοὐναντίον γένηται	Βουλοίμην ἄν cε καὶ διατελέcαι, ὀρρωδῶ δε . . . . . τὴν τῆc πόλεωc ὁρῶν ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ coῦ κρατήcῃ
p. 11 C.	p. 121 A.
τοῦ ἡμετέρου προγόνου . . ἔοικεν εἶναι Δ. τὰ ὑπὸ coῦ λεγόμενα . . .	καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον (γένοc) . . εἰc Δαίδαλον (ἀναφέρεται)

Ex Apologia Socratis hi loci afferendi sunt[5]:

[1] cf. praeterea hos locos: Conv. p. 220 DE ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν . . . οὐδεὶc ἄλλοc ἐμὲ ἔcωcεν ἀνθρώπων ἢ οὗτοc, τετρωμένον οὐκ ἐθέλων ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ cυνεδιέcωcε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ . . ‖ A I p. 115 B: . . οἷον πολλοὶ ἐν πολέμῳ βοηθήcαντεc ἑταίρῳ ἢ οἰκείῳ τραύματα ἔλαβον καὶ ἀπέθανον etc. Phaedr. 264 E Cκώπτειc τόν λόγον ἡμῶν, ὦ Cώκρατεc ‖ A I p. 109 D Cκώπτειc, ὦ Cώκρατεc. p. 229 E οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν κτλ. ‖ A I p. 131 ff. Men. 76 A Conv. 175 E 215 B ὑβριcτὴc εἶ ‖ A I p. 114 D. Phaedr. p. 261 C ‖ A I p. 111 B ff.

[2] cf. p. 63.

[3] cf. p. 27.

[4] cf. p. 7 BD. (‖ A I p. 111 C—112 D) περὶ τίνοc δὲ δὴ διενεχθέντεc καὶ ἐπὶ τίνα κρίcιν οὐ δυνάμενοι ἀφικέcθαι ἐχθροί γε ἄν ἀλλήλοιc εἶμεν καὶ ὀργιζοίμεθα . . . . cκόπει, εἰ τάδε ἐcτὶ τό τε δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον καὶ καλὸν καὶ αἰcχρὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν. ἆρα οὐ ταῦτά ἐcτι περὶ ὧν διενεχθέντεc καὶ οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρίcιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοιc γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα, καὶ ἐγὼ καὶ cὺ καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι; (E) ταὐτὰ δέ γε, ὡc cὺ φῄc, οἱ μὲν δίκαια ηγοῦνται, οἱ δὲ ἄδικα, περὶ ἃ καὶ ἀμφιcβητοῦντεc cταcιάζουcί τε καὶ πολεμοῦcιν ἀλλήλοιc. cf. p. 11 E ἐπειδὴ μοι δοκεῖc cὺ τρυφᾶν (idem Protag. p. 327 E) ‖ A I p. 114 A ἐπειδὴ δὲ τρυφᾷc . .

[5] A I p. 117 E nonnulli viri docti verba καὶ ἡ ἐπονείδιcτοc ἀμαθία uncis incluserunt, quod mihi non recte fecisse videntur. Hoc facere se cogi putant propter similem locum Apologiae. Sed sic in A I multi loci movendi essent. — Burnetius non secludit. — Est simile aliquid atque p. 107 B (cf. p. 35). cf. etiam hos locos: p. 21 D κινδυνεύει μὲν γὰρ ἡμῶν οὐδέτεροc οὐδὲν καλὸν κἀγαθὸν ειδέναι, ἀλλ' οὗτοc μὲν οἴεταί τι ειδέναι οὐκ ειδώc. ἐγὼ δέ, ὥcπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ

p. 29 B.	A. I p. 118 A.
καὶ τοῦτο πῶc οὐκ ἀμαθία ἐcτὶν αὕτη ἡ ἐπονείδιcτοc, ἡ τοῦ οἴεcθαι εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν . .	αὕτη ἄρα ἡ ἀγνοία τῶν κακῶν αἰτία καὶ ἡ ἐπονείδιcτοc ἀμαθία .
p. 36 C.	p. 134 C.
. . . μήτε τῶν τῆc πόλεωc (ἐπιμελεῖcθαι), πρὶν αὐτῆc τῆc πόλεωc (ἐπιμελεθείη) . .	. . ὃc μέλλει μὴ ἰδίᾳ μόνον . . . ἐπιμελήcεcθαι, ἀλλὰ πόλεωc καὶ τῶν τῆc πόλεωc . .

Ex Phaedone imitator nihil verbo tenus expressit. At tamen ea pars dialogi, quae est de natura animae (p. 129 ss.), doctrinae Phaedonis similis est. Est autem psychologia imitoris haec: Anima regit corpus (p. 130 A Ἢ οὖν ἄλλο τι χρῆται αὐτῷ [scil. cώματι] ἢ ψυχή; — Οὐκοῦν ἄρχουcα; — Ναί.), ita ut verus homo sola anima sit (p. 130 C . . . λείπεται, οἶμαι; . . μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον cυμβαίνειν ἢ ψυχήν. — Κομιδῇ μὲν οὖν. — Ἔτι οὖν τι caφέcτερον δεῖ ἀποδειχθῆναί coι, ὅτι ἡ ψυχή ἐcτιν ἄνθρωποc). Anima ipsa constat e duabus partibus, altera divina quadam, altera impia et scelesta. (p. 133 B C ἔχομεν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐcτὶ τῆc ψυχῆc νοερώτερον ἢ τοῦτο, περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ τὸ φρονεῖν ἐcτίν; — Οὐκ ἔχομεν. — Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆc κτλ.; p. 134 C de eadem parte dicit: εἰc τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν ὁρῶντεc; de scelesta parte dicit p. 134 E εἰc τὸ ἄθεον καὶ τὸ ἀκοτεινὸν βλέποντεc . .) Divina parte cognita verus homo cognoscitur, qui status temperantia (cωφροcύνη) nominatur (p. 133 C . . καί τιc εἰc τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοῦc, θεόν τε καὶ φρόνηcιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἂν γνοίη μάλιcτα). Sed imitator iam ideam hominis cognoscit, quamquam idearum hanc doctrinam obiter modo tangit. (cf. p. 130 C D . . νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ αὐτὸ ἕκαcτον ἐcκέμμεθα

οἴομαι . . . ‖ A I p. 117 B ss. — p. 31 E εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρηcα πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα, πάλαι ἄν ἀπολώλη . . . οὐ γὰρ ἔcτιν ὅcτιc ἀνθρώπων cωθήcεται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλῳ πλήθει οὐδενὶ γνηcίωc ἐναντιούμενοc . . ‖ A I p. 132 A καὶ νῦν γε ἂν μὴ διαφθαρῇc ὑπὸ τοῦ Ἀθηναίων δήμου καὶ αἰcχίων γένῃ οὐ μή cε ἀπολίπω· τοῦτο γὰρ δὴ μάλιcτα ἐγὼ φοβοῦμαι, μὴ δημεραcτὴc ἡμῖν γενόμενοc διαφθαρῇc· πολλοὶ γὰρ ἤδη καὶ ἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθαcιν Ἀθηναίων. cf. Euthydemus p. 275 B — p. 40 E ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ cημεῖον ‖ A I p. 103 B . . ἐπειδὴ οὐκέτι ἐναντιοῦται . . p. 29 B ‖ 135 B (ἄρχεcθαι ὑπὸ τοῦ βελτίονοc).

ὅ τι ἐστί, καὶ ἴcωc ἐξαρκέcει κτλ.) Demonstratur omnibus his locis imitatorem totam Platonis psychologiam novisse, ita ut post Platonem mortuum eum scripsisse statuendam sit.

Atque in Phaedone Plato nondum ideam animae proponit, sed primum in posterioribus dialogis[1].

Porro Laches[2] dialogus hunc locum nobis praebet:

p. 190 A.	A. I p. 126 B.
εἰ τυγχάνομεν ἐπιστάμενοι, ὅτι ὄψιc παραγενομένη ὀφθαλμοῖc βελτίουc ποιεῖ ἐκείνουc οἷc παρεγένετο . . . . . . γενοίμεθα ἰατροὶ ἢ περὶ ὀφθαλμῶν ἢ περὶ ὤτων, ὅντινα τρόπον ἀκοὴν ἢ ὄψιν κάλλιcτ' ἂν κτήcαιτό τιc . . .	καὶ εἴ με αὖ ἔροιο, τίνοc δὲ παραγιγνομένου ἄμεινον ὄμματα; ὡcαύτωc εἴποιμ' ἂν ὅτι ὄψεωc μὲν παραγιγνομένηc, τυφλότητοc δὲ ἀπογιγπομένηc. καὶ ὦτα δὲ κωφότητοc μὲν ἀπογιγνομένηc, ἀκοῆc δὲ ἐγγιγνομένηc βελτίω τε γίγνεται κτλ[3].

Sequitur Euthydemus dialogus, cuius locis similibus Alc. I bene illustrari potest:

p. 275 C.	A. I p. 106 B.
Ἀλλ' οὐδὲν διαφέρει, ὦ Cώκρατεc, . . ἐὰν μόνον ἐθέλῃ ἀποκρίνεcθαι ὁ νεανίcκοc. Ἀλλὰ μὲν δή, ἔφην ἐγώ, τοῦτό γε καὶ εἴθιcται . . . . ὥcτε ἐπιεικῶc θαρρεῖ τὸ ἀποκρίναcθαι . .	ἆρα ἐρωτᾷc εἴ τινα ἔχω εἰπεῖν λόγον μακρόν, οἵουc δὴ ἀκούειν εἴθιcαι . . . sed tibi obsequi possum, ἐὰν ἓν μόνον μοι ἐθέλῃc βραχὺ ὑπηρετῆcαι . . Ἦ χαλεπὸν δοκεῖ coι τὸ ἀποκρίνεcθαι τὰ ἐρωτώμενα;

[1] cf. Adam, l. c. p. 52 ss., qui de hac re sola satis bene agit. — Ex Phaedone cf. hos locos: p. 79 D ὅταν δέ γε αὐτὴ καθ' αὑτὴν cκοπῇ ἐκεῖcε οἴχεται εἰcτὸ καθαρὸν καὶ ἀεὶ ὄν . . καὶ τοῦτο αὐτῆc πάθημα φρόνηcιc κέκληται . . ‖ A I p. 133 B τῷ θείῳ ἄρα τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆc καί τιc εἰc τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοῦc, θεόν τε καὶ φρόνηcιν . . . p. 134 D εἰc τὸ λαμπρὸν καὶ θεῖον ὁρῶντεc . . . p. 80 A τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεcθάι ἡ φύcιc προcτάττει, τῇ δὲ ἄρχειν καὶ δεcπόζειν . . ‖ A I p 130 A οὐκούν ἄρχουcα; (scil. ἡ ψυχή) — p. 67 A καὶ οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆc τοῦ cώματοc ἀφροcύνηc . . μετὰ τοιούτων ἐcόμεθα καί γνωcόμεθα πᾶν τὸ εἰλικρινέc· τοῦτο δ' ἐcτὶ ἴcωc τὸ ἀληθέc. ‖ A I p. 133 C τῷ θείῳ ἄρα τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆc, καί τιc εἰc τοῦτο βλέπων καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοῦc, θεὸν καὶ φρόνηcιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν γνοίη ἂν μάλιcτα . . Omnino in Phaedone et Alc. I quam maxime anima a corpore separatur.

[2] cf. etiam p. 192 A ss. cum Alc. I p. 108 B ss. qui loci **structura** similes sunt.

[3] cf. Resp. p. 342 A. 353 B ss.

Putemus re vera eadem verba, quae hic Dionysodorus, Euthydemi frater, dicit, alio loco Socratem ipsum a Platone dicentem fingi? Vix putari potest. Accedit etiam locus multo gravior huius dialogi, qui simul cum loco simili Menonis afferendus est. Habes duos locos!

p. 276 A.	A. I p. 106 E.
Οὐκοῦν τῶν μανθανόντων οἱ διδάcκαλοι διδαcκαλοί εἰcιν, ὥcπερ ὁ κιθαριcτὴc καὶ ὁ γραμματιcτὴc διδάcκαλοι δήπου ἦcαν coῦ καὶ τῶν ἄλλων παίδων, ὑμεῖc δὲ μαθηταί; — Cυνέφη. Ἄλλο τι οὖν, ἡνίκα ἐμανθάνετε, οὔπω ἠπίcταcθε ταῦτα, ἃ ἐμανθάνετε; — Οὐκ ἔφη. — Ἆρ' οὖν coφοὶ ἦτε, ὅτε ταῦτα οὐκ ἠπίcταcθε; — Οὐ δῆτα. κτλ.	. . . ἔμαθεc γὰρ δὴ cύ γε . . . γράμματα καὶ κιθαρίζειν καὶ παλαίειν . . . p. 106 D. . . . τί δέ; ἠθέληcαc ἂν ζητῆcαι ἢ μαθεῖν ἃ ἐπίcταcθαι ᾤου; — Οὐ δῆτα. — Ἃ ἄρα νῦν τυγχάνειc ἐπιcτάμενοc, ἦν χρόνοc ὅτε οὐχ ἡγοῦ εἰδέναι; — Ἀνάγκη. —

In Alc. I igitur Socrates artem illam fratrum illorum a Platone irrisorum imitans fingitur, quod a Platonis ingenio abhorret.

Etiam melius demonstrari potest, quid Plato de talibus artibus iudicaverit, loco Menonis[1]:

p. 80 D ff.	A. I p. 109 E.
. . καὶ τίνα τρόπον ζητήcειc, ὦ Cώκρατεc, τοῦτο, ὃ μὴ οἶcθα τὸ παράπαν ὅτι ἔcτι; ποῖον γὰρ ὧν οὐκ οἶcδα προθέμενοc ζητήcειc; ἢ εἰ καὶ ὅτι μάλιcτα ἐντύχοιc αὐτῷ, πῶc εἴcει ὅτι τοῦτό ἐcτιν, ὃ cὺ οὐκ ᾔδηcθα; — Socr. Μανθάνω οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων. ὁρᾷc τοῦτον ὡc ἐριcτικὸν λόγον κατάγειc,	Quaerit Socrates ex Alcibiade, quis iustitiam et iniuriam eum docuerit . . . . ἀλλ' εἴπερ ἔχειc, εἰπὲ τίc ἐcτιν. Alc. Τί δ', εἰ μὴ ἔχω; οὐκ ἂν οἴει με ἄλλωc εἰδέναι περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων; Socr. Ναί, εἴ γε εὕροιc. Alc. Ἀλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἡγεῖ; Socr. Καὶ μάλα γε, εἰ ζπτήcαιc. Alc. Εἶτα

[1] cf. p. 289 A ‖ A I p. 132 BC.

ὡς οὐκ ἄρα ἔστι ζητεῖν ἀνθρώπῳ οὔτε ὃ οἶδεν οὔτε ὃ μὴ οἶδεν; οὔτε γὰρ ἄν γε ὃ οἶδε ζητοῖ, οἶδε γάρ, καὶ οὐδὲν δεῖ τῷ γε τοιούτῳ ζητήσεως; οὔτε ὃ μὴ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ οἶδεν ὅτι ζητήσει.	ζητῆσαι οὐκ ἂν οἴει με; Socr. Ἔγωγε, εἰ οἰηθείης γε μὴ εἰδέναι. Alc. Εἶτα οὐκ ἦν ὅτ' εἶχον οὕτως; Socr. Καλῶς λέγεις· ἔχεις οὖν εἰπεῖν τοῦτον τὸν χρόνον ὅτε οὐκ ᾤου εἰδεναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα; κτλ.

Demonstratur latius Alcibiadem nunquam quaesivisse.

In Menone Meno quaerit: Οὐκοῦν καλῶς σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὁ λόγος οὗτος, ὦ Σώκρατες; — Socr. Οὐκ ἔμοιγε. Proponit enim Socrates doctrinam illam recordationis (ἀναμνήσεως), quae in Alc. I ne uno quidem loco affertur. Hic Socrates refutatas et illusas potius sententias a Platone explicat (cf. ἐριστικὸν λόγον κατάγεις). Itaque Plato nullo modo auctor esse potest[1].

Locis Protagorae iam allatis[2] etiam hi addendi sunt.

p. 318 E.	A. I p. 125 D ff.
τὸ δὲ μάθημά ἐστιν εὐβουλία περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν . .	. . . πολιτείας κοινωνούντων τίνα καλεῖς ἐπιστήμην; — Εὐβουλίαν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. . . . . ἣν σὺ λέγεις εὐβουλίαν, εἰς τί ἐστιν; — Εἰς τὸ ἄμεινον τὴν πόλιν διοικεῖν καὶ σῴζεσθαι . .
p. 327 E[3].	p. 111 A.
ὥσπερ ἂν εἰ ζητοῖς τίς διδάσκαλος τοῦ ἑλληνίζειν, οὐδ' ἂν εἷς φανείη.	οἷον καὶ τὸ ἑλληνίζειν παρὰ τούτων ἔγωγε ἔμαθον, καὶ οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἐμαυτοῦ διδάσκαλον.

Restat tandem Platonis Respublica.

[1] cf. ad hunc locum Phaedonis, p. 76 B ἀνὴρ ἐπιστάμενος περὶ ὧν ἐπίσταται ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον ἢ οὔ; Laches p. 189 D σκοπεῖν τίνες οἱ διδάσκαλοι ἡμῖν τῆς τοιαύτης παιδε·ας γεγόνασι . . Meno p. 84 C οἴει οὖν ἂν αὐτὸν πρότερον ἐπιχειρῆσαι ζητεῖν ἢ μανθάνειν τοῦτο, ὃ ᾤετο εἰδέναι, πρὶν εἰς ἀπορίαν κατέπεσεν κτλ.

[2] cf. p. 33. 34.

[3] cf. Charm. p. 159 A ἐπειδήπερ ἑλληνίζειν ἐπίστασαι . .

p. 351 D.	A. I p. 126 C.
Στάσεις γάρ που, ὦ Θρασύμαχε, ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει, ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν . .	ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ὅταν φιλία μὲν αὐτοῖς γίγνηται πρὸς ἀλλήλους, τὸ μισεῖν δὲ καὶ στασιάζεσθαι ἀπογίγνηται . . . ἄρ' οὖν φιλίαν λέγεις ὁμόνοιαν ἢ διχόνοιαν; — Ὁμόνοιαν.
p. 349 E.	p. 125 A.
τὸν μὲν μουσικὸν δήπου φρόνιμον, τὸν δὲ ἄμουσον ἄφρονα (λέγεις;) — Οὐκοῦν καὶ ἅπερ φρόνιμον, ἀγαθόν, ἃ δὲ ἄφρονα, κακόν; — Ναί.	καλοὺς δὲ κἀγαθοὺς λέγεις τοὺς φρονίμους ἢ τοὺς ἄφρονας; — Τοὺς φρονίμους. — Οὐκοῦν ὁ ἕκαστος φρόνιμος, τοῦτο ἀγαθός; — Ναί. — Ὁ δὲ ἄφρων, πονηρός;
p. 353 D ss.	p. 133 B.
οὐκοῦν καὶ ἀρετήν φαμέν τινα ψυχῆς εἶναι[1] . .	εἰς τοῦτον αὐτῆς τὸν τόπον (scil. βλεπτέον) ἐν ᾧ ἐγγίγνεται ἡ ψυχῆς ἀρετή . .
p. 424 A.	p. 120 E[2].
τροφὴ γὰρ καὶ παίδευσις χρηστὴ σῳζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρησταὶ τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται κτλ.	πότερον εἰκὸς ἀμείνους γίγνεσθαι φύσεις ἐν γενναίοις γένεσιν ἢ μή; — Δῆλον ὅτι ἐν τοῖς γενναίοις. Ουκοῦν τοὺς εὖ φύντας, ἐὰν καὶ εὖ τραφῶσιν, οὕτω τελέους γιγνεσθαι εἰς ἀρετήν;
p. 494 A ff.[3].	p. 104 A ff.
Describit Plato adulescentem Alcibiadi persimilem: . . . ἄλλως τε καὶ ἐὰν τὸ σῶμα φύῃ προσφερὴς τῇ ψυχῇ . . . ἄλλως τε καὶ ἐὰν τύχῃ μεγάλης πόλεως ὢν καὶ ἐν ταύτῃ πλού-	Enumerat Socrates virtutes Alcibiadis: . . . . ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα εἰς τὴν ψυχήν . . . οἴει μὲν γὰρ εἶναι πρῶτον καλ-

[1] Sed videtur auctor magis expressisse Phaedr. p. 256 B δουλωσάμενοι μὲν ᾧ κακία ψυχῆς ἐνεγίγνετο, ἐλευθερώσαντες δὲ ᾧ ἀρετή . .

[2] cf. p. 60.

[3] cf. p. 59.

ϲιόϲ τε καὶ γενναῖοϲ, καὶ ἔτι εὐειδὴϲ καὶ μέγαϲ . .	λιϲτοϲ καὶ μέγιϲτοϲ . . . ἔπειτα νεανικωτάτου γένουϲ ἐν τῇ ϲεαυτοῦ πόλει, οὔϲῃ μεγίϲτῃ τῶν Ἑλληνίδων . . προϲθήϲω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουϲίων . . .
	p. 105 B[1].
ἡγούμενον καὶ τὰ τῶν βαρβάρων καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἱκανὸν ἔϲεϲθαι πράττειν . . .	οὐ μόνον ἐν Ἕλληϲι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖϲ βαρβάροιϲ . . .

Etiam verba: καὶ ἐπὶ τούτοιϲ ὑψηλὸν ἐξαρεῖν ἑαυτόν, ϲχηματιϲμοῦ καὶ φρονήματοϲ κενοῦ ἄνευ νοῦ ἐμπιμπλάμενον· τῷ δὲ οὕτω διατιθεμένῳ, ἐὰν τιϲ ἠρέμα[2] προϲελθὼν τἀληθῆ λέγῃ, ὅτι νοῦϲ οὐκ ἔνεϲτι, δεῖται δὲ . . . (D) ἆρ' εὐπετὲϲ εἶναι οἴει εἰϲακοῦϲαι διὰ τοϲούτων κακῶν; . . mirum in modum cum initio dialogi congruunt, ubi Socrates difficile esse putat Alcibiadem tenere (p. 104 E οὐ γάρ τοι εἴη ἂν θαυμαϲτὸν εἰ, ὥϲπερ καὶ μόγιϲ ἠρξάμην, οὕτω μόγιϲ καὶ παυϲαίμην . . .)

Praeterea virtutes illae ab imitatore mirum in modum adhibitae in Republica exstant[3].

---

[1] cf. p. 23. Num topos est rhetoricus? cf. Anax. p. 9 ὅπωϲ οὖν διαφέρων ἧϲ πάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων . .

[2] Num imitator hoc loco adductus est, ut fingeret Socratem Alcibiadem per multos annos tacentem (ἠρέμα!) secutum esse. Accedit, quod etiam p. 104 E cum hoc loco congruere videtur.

[3] cf. etiam hos Reipublicae locos: p. 339 D ‖ p. 112 E ss. p. 431 φαίνεταί μοι βούλεϲθαι λέγειν οὗτοϲ ὁ λόγοϲ, ὥϲ τι ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν ψυχὴν τὸ μὲν βέλτιον ἔνι, τὸ δὲ χεῖρον, καὶ ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύϲει τοῦ χείρονοϲ ἐγκρατὲϲ ᾖ, τοῦτο λεγειν τὰ κρείττω αὑτοῦ . . . ‖ A I p. 134 D—E. p. 496 B Quicumque rei publicae praeest, corrumpitur, cf. A I p. 132 A. p. 518 E ἡ δὲ τοῦ φρονῆϲαι (ἀρετή) παντὸϲ μᾶλλον θειοτέρου τινὸϲ τυγχάνει ‖ A I p. 133 C. — cf. Legum hos locos: p. 694 A ss. Plato omnino aliter de Persis iudicat. Condemnat educationem effeminatam. p. 743 C ‖ p. 126 C; p. 788 CD ‖ p. 121 D; p. 897 ‖ p. 133 B. Alios locos praetermitto.

IV.

Compluribus locis dialogi perspicuum est auctorem praecepta artis rhetoricae sequi, qualia in Anaximenis[1] libro exstant. Enarrabo singulos locos. Atque invenimus paucis locis Platonem et imitatorem Platonis cum Anaximene congruere, quare demonstratur etiam Platonem artis rhetoricae praecepta cognovisse.

Atque p. 104, ubi virtutes Alcibiadis a Socrate enumerantur cum loco Anaximenis verbo tenus congruit[2].

p. 80.	A. I p. 104 A f.
μετὰ δὲ τὸ προοίμιον δεῖ διελόμενον τὰ ἔξω τῆϲ ἀρετῆϲ ἀγαθὰ καί τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ ὄντα ποιεῖν οὕτωϲ. τὰ μὲν ἔξω τῆϲ ἀρετῆϲ εἰϲ εὐγένειαν καὶ ῥώμην καὶ κάλλοϲ καὶ πλοῦτον . . . τὴν δὲ ἀρετὴν εἰϲ ϲοφίαν καὶ δικαιοϲύνήν καὶ ἀνδρείαν καὶ ἐπιτηδεύματα ἔνδοξα . .	τὰ γὰρ ὑπάρχοντά ϲοι μεγάλα εἶναι, ὥϲτε μηδενὸϲ δεῖϲθαι, ἀπὸ τοῦ ϲώματοϲ ἀρξαμενα τελευτῶντα εἰϲ τὴν ψυχήν. οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιϲτόϲ τε καί μέγιϲτοϲ . . . ἔπειτα νεανικωτάτου γένουϲ ἐν τῇ ϲῇ πόλει, οὔϲῃ μεγίϲτῃ τῶν Ἑλληνίδων . . . προϲθήϲω δέ καὶ ὅτι τῶν πλουϲίων . .

Virtutes corporis et animae (ἀπὸ τοῦ ϲώματοϲ ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰϲ τὴν ψυχήν) eaedem mihi esse videntur atque eae, quas Anaximenes nominat: τὰ ἔξω τῆϲ ἀρετῆϲ et τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ. Veras virtutes animae Alcibiades nondum cognoscit, sed dialogo educatur. Quin etiam Socrates dicit Alcibiadem non contentum esse virtutibus, quas iam nunc habeat (p. 104 C προϲθήϲω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουϲίων· δοκεῖϲ δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιϲτα φρονεῖν; p. 104 E εἰ μέν ϲε ἑώρων ἃ νῦν δὴ διῆλθον ἀγαπῶντά τε καὶ οἰόμενον δεῖν ἐν τούτοιϲ καταβιῶναι . .). Attribuuntur ei consilia magna, cum in animo habeat cum Graecos omnes tum Persas devincere. Et in fine

---

[1] cf. Wendland l. l. p. 27.

[2] Sequor editionem Spengelii (Rhet. Graeci, edd. Spengel-Hammer, Vol. I. Teubner).

dialogi Alcibiades pollicetur se iustitiam discere velle (p. 135 E καὶ ἄρξομαί γε ἐντεῦθεν τῆc δικαιοcύνηc ἐπιμέλεcθαι).

Eodem loco Anaximenis de genealogia dicitur:

p. 80.	A. I p. 120 E.
. . . μετὰ τὰ προοίμια πρῶτον τὴν γενεαλογίαν τάξομεν . . . ἔτι δὲ οὐκ ἄδηλον εἶναι πᾶcιν, ὅτι τοὺc ἐξ ἀγαθῶν γενομένουc εἰκόc ἐcτι τοῖc προγόνοιc ὁμοιοῦcθαι . . .	πότερον εἰκὸc ἀμείνουc γίγνεcθαι φύcειc ἐν γενναίοιc γένεcιν ἢ μή; — Δῆλον ὅτι ἐν τοῖc γενναίοιc.

Accedunt hi loci: Initio dialogi (p. 104 B) Socrates affines Alcibiadis enumerat et laudat, sed Periclem solum nominat (. . . πρὸc πατρόc τέ cοι φίλουc καὶ ξυγγενεῖc πλείcτουc εἶναι καὶ ἀρίcτουc, οἳ εἴ τι δέοι ὑπηρετοῖεν ἄν cοι, τούτων δὲ τοὺc πρὸc μητρὸc οὐδὲν χείρουc οὐδ' ἐλάττουc. ξυμπάντων δὲ ὧν εἶπον μείζω οἴει δύναμιν ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξανθίππου . . . ὃc οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δύναται πράττειν ὅτι ἂν βούληται, ἀλλ' ἐν πάcῃ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῶν βαρβάρων ἐν πολλοῖc καὶ μεγάλοιc γένεcι.) Secutus esse videtur auctor hunc locum Aneximenis: (p. 81) ἐὰν δὲ οἱ παλαιοὶ πρόγονοι φαῦλοι τυγχάνουcιν ὄντεc, οἱ δὲ πρὸc αὐτὸν ἔνδοξοι, τούτοιc δεῖ γενεαλογεῖν καὶ λέγειν, ὅτι περὶ μὲν ἐκείνων περίεργον ἂν εἴη μακρολογεῖν, τοὺc δὲ πληcίον γεγονόταc τῶν ἐπαινουμένων τούτουc ὄνταc ἀγαθοὺc ἐπιδείξειc.

Praeterea Socrates p. 121 A praedicat maiores regum Persarum et Lacedaemoniorum omnes reges fuisse[1] (ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενα βαcιλεῖc εἰcὶν ἐκ βαcιλέων μεχρὶ Διόc, οἱ μὲν Ἄργουc τε καὶ Λακεδαίμονοc, οἱ δὲ τῆc Περcίδοc τὸ ἀεί . . .), qui quidem locus secundum praecepta rhetorica compositus est: p. 81. ἐὰν μὲν ὦcιν οἱ πρόγονοι cπουδαῖοι, πάνταc ἐξ ἀρχῆc ἀναλαβόντεc μέχρι πρὸc τὸν ἐγκωμιάζόμενον.

Haec omnia a Platonis Socrate abhorrent.

p. 18.	A. I p. 107 D.
ἀνάγκη γάρ ἐcτι καὶ βουλεύεcθαι καί λέγειν ἡμᾶc ἐν βουλῇ	Ὅταν περὶ πολέμου, ὦ Cώκρατεc, ἢ περὶ εἰρήνηc ἤ ἄλλου

[1] Contra Theaet. p. 275 A ss.

καὶ δήμῳ . . . ἢ περὶ πολέμων ἢ περὶ εἰρήνηc ἢ περὶ πόρου χρημάτων p. 25. περὶ εἰρήνηc δὲ πάλιν καὶ πολέμου . . . τὰc μεγίcταc ἰδέαc ἐκλάβωμεν . .	του τῶν τῆc πόλεωc πραγμάτων (βουλεύωνται). Socr. Ἆρα λέγειc, ὅταν βουλεύωνται, πρὸc τίναc χρὴ εἰρήνην ποιεῖcθαι καὶ τίcι πολεμεῖν καὶ τίνα τρόπον; — Ναί.

Quando bellum gerendum sit, ipsum quoque similiter uterque explorat.

p. 25.	A. I p. 109 B.
Agit Anaximenes de bello: δεῖ πρότερον ἀδικηθένταc νῦν καιρῶν παραπεπτωκότων ἀμύναcθαι τοὺc ἀδικήcανταc ἢ νῦν ἀδικουμένουc ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμεῖν . . . . . ἤ τοῦ τῇ πόλει cυμφέρονταc ἕνεκεν . . cf. p. 13. δίκαια ὄντα καὶ νόμιμα καί cυμφέροντα καί καςλά κτλ . . . . ὡc οὐ δίκαιον οὐδὲ νόμιμόν 'εcτιν οὐδὲ cυμφέρον οὐδε καλόν . . . πράττειν τοῦτο.	Socr. . . τί ἐγκαλοῦντεc ἀλλήλοιc πάθημα ἐρχόμεθα εἰc τὸ πολεμεῖν; Alc. Ἔγωγε ὅτι ἐξαπατώμενοί τι ἢ βιαζόμενοι ἢ ἀποcτερούμενοι . . . . . Ἀθηναίοιc cὺ πρὸc ποτέρουc cυμβουλεύcειc πολεμεῖν, τοῦc ἀδικοῦνταc ἢ τοὺc τά δίκαια πράττονταc; Alc. Δεινὸν τοῦτό γε ἐρωτᾷc · εἰ γὰρ καὶ διανοεῖται τιc ὡc δεῖ πρὸc τοὺc τὰ δίκαια πράττονταc πολεμεῖν, οὐκ ἂν ὁμολογήcειέ γε. Socr. Εἰ γὰρ νόμιμον τοῦθ' ὡc ἔοικεν. Alc. Οὐ δῆτα · Οὐδέ γε καλὸν δοκεῖ εἶναι . . .

Paulo post (p. 113 D.) Alcibiades etiam utile (τὸ cυμφέρον) affert: οἶμαι μὲν οὖν, ὦ Cώκρατεc, ὀλιγάκιc Ἀθηναίουc βουλεύεcθαι καὶ τούc ἄλλουc Ἕλληναc, πότερα δικαιότερα ἤ ἀδικώτερα . . . cκοποῦcιν ὁπότερα cυνοίcει πράξαcιν. οὐ γὰρ ταὐτά, οἶμαι, ἐcτὶ τά τε δίκαια καὶ τὰ cυμφέροντα . .[1].

[1] cf. Xen. Cyri Instit. VII. 2, 23. . . ὑπεδεξάμην τὴν cτρατηγίαν ὡc ἱκανὸc ὢν μέγιcτοc γενέcθαι ἀγνοῶν ἄρα ἐμαυτόν, ὅτι coi ἀντιπολεμεῖν ἱκανὸc, ᾤμην εἶναι, πρῶτον μὲν, ἐκ θεῶν γεγονότι, ἔπειτα δὲ διὰ βαcιλέων πεφυκότι, ἔπειτα δὲ ἐκ παιδὸc ἀρετην ἀcκοῦντι· τῶν δ' ἐμῶν προγόνων ἀκούω τὸν πρῶτον βαcιλεύcαντα ἅμα τε βαcιλέα καὶ ἐλεύθερον γενέcθαι . . . Videtur uterque auctor eadem praecepta rhetorica sequi. Non imitatur auctor Cyri Institutionis auctorem Alc. I, quod opinatur Adamius (p. 64); at imitari videtur Xenopho Plat. Remp. 494 C s.

V.

Restat ut agam de argumento dialogi, de auctore, de aetate. Quae quidem tres quaestiones arte inter se connexae sunt.

Atque statim constat titulum, quem veteres grammatici dialogo dederunt, περὶ ἀνθρώπου φύσεως, non rectum esse, quia in postremam solam partem dialogi cadit, ubi demonstratur animam solam hominem esse. Sed liberati aliorum indicio interrogemus: quid continetur dialogo? Adolescens instituitur de republica recte administranda. Itaque hoc quoque argumentum dialogi est, quod etiam accuratius determinari potest hoc modo. Non quilibet adolescens est, sed Alcibiades clarissimus. Atque adversarii Alcibiadis opprobrio ei dabant, quod tyrannidi studuisset, cum amici hoc excusarent dicentes tale ingenium non volgari modo metiendum esse. At dialogo Alcibiades educatur; Socrates enim eum admonet et hortatur, ne tyrannidem instituat, tam saepe, ut ridiculum esset, nisi auctor certi quid spectaret. Atque bene accidit, quod Socrates nonnullis locis timet, ne quamquam eum optime educare conatur, tamen Alcibiades corrumpatur: p. 132 A. τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα ἐγὼ φοβοῦμαι; μὴ δημεραστὴς ἡμῖν γενόμενος διαφθαρῇς· πολλοὶ γὰρ ἤδη, καὶ ἀγαθοὶ πεπόνθασιν αὐτὸ Ἀθηναίων . . . . εὐλαβοῦ οὖν τὴν εὐλάβειαν, ἣν ἐγὼ λέγω . . p. 135 E. Alc. . . . ἄρξομαι γε ἐντεῦθεν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμελέσθαι. Socr. Βουλοίμην ἂν σε καὶ διατελέσαι· ὀρρωδῶ δέ, οὔτι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ὁρῶν ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ κρατήσῃ . . .

Demonstratur igitur Socratem Alcibiadem educare conari, sed simul dicitur eum frustra hoc spectare. Quamquam non dicitur Alcibiadem natura pessimis moribus fuisse, sed Athenienses eum corrupisse. Auctor igitur Alcibiadis mores ipse quoque condemnat, sed excusare conatur. Optimum quemque

rebus publicis corrumpi hoc Plato quoque censet[1]. Porro auctor, cum Alcibiadem excusare conetur, simul Socratem quoque defendit, qui arguebatur Alcibiadem corrupisse.

At quare auctor commovebatur, ut de Alcibiade dialogum componeret? Cohaeret haec quaestio cum alia de aetate imitatoris instituenda. Neque dubitari potest, quin dialogus post Platonis Rempublicam et Leges compositus sit, id est post Platonem mortuum, eodem modo post Xenophontis scripta. Sed quodam loco dialogi haec sententia refutari videtur, quo auctor loquitur de divitiis ac potestate Lacedaemoniorum. (p. 122 D ss.) Affert enim aurum et agros Lacedaemoniorum in Messenia sitos. Quae omnia, certe agros Messeniae Lacedaemonii anno 369 amiserunt, ita ut Rudolfus Adam[2] et Eduardus Meyer[3] putent dialogum ante hunc annum compositum esse. Quomodo haec contradictio dissolvi potest? Num putari potest auctorem ratione ac consilio hunc locum attulisse, ut Plato hunc dialogum composuisse videatur? Num hoc loco eos, qui dialogum legerent, falli volebat? Sed vix credibile esse videtur: Si auctor Platonis dialogum fingere volebat, coactus erat, in omnibus rebus Platonis sententias sequi, quamvis ab aequalium sententiis discreparent. Non narravisset Socratem ultra modum Alcibiadem secutum esse, Alcibiadem iam deflorescentem a Socrate amatum esse, quae omnia a Platonis dialogis discrepant. „Sed, dixerit quispiam, quia plurimis locis dialogi iuvenilis Platonis imitatione expressi sunt, auctorem iuvenile opus fingere voluisse constat." At cur imitator doctrinam idearum affert, quin etiam ideam animae optimae partis? „Cur non doctrinam illam recordationis affert, quamquam loco Menonis, quem imitabatur, paene cogebatur?" denuo interrogaverit quispiam. Respondeo, quia adulescentulus Alcibiades non intellexisset neque auctor Platonis opusculum fingere in animo habebat. Etiam Xenophontem non tam securus imitatus esset.

[1] cf. Apol. p. 31 E (vid. p. 53) Resp. p. 496 B.
[2] Adam, l. c. p. 64.
[3] E. Meyer, Gesch. d. Altert. V p. 29: Loquitur de divitiis Lacedaemoniorum et citat A I p. 122 E: „Die angeführte Stelle ist deutlich vor Leuktra geschrieben".

Itaque difficultas non solvi potest, nisi ita, ut dicamus imitatorem locos illos de Lacedaemoniorum divitiis ac potestate ex alio libro expressisse. Hoc in uno iam demonstratum est[1]. Etiam per se mirum esset auctorem omnia alia transscripsisse hac sola parte excepta.

Atque nunc constat dialogum post Platonem mortuum compositum esse. Accedunt haec argumenta:

Doctrina amatoria est saeculi quarti exeuntis[2]. Persas a Graecis tam magni aestimatos esse tantum hac aetate intellegi potest. Quod a Platone abhorret[3]. Praeterea mores Socratis tales sunt, quales haec aetas sibi fingebat[4]. Fortasse etiam paullo accuratius tempus constitui potest, etsi certus annus inveniri non potest. Dialogus enim ante Persas ab Alexandro devictos compositus esse videtur, cum Alcibiades etiam in animo habeat Persis bellum inferre et a Socrate demonstretur Persas paene non devinci posse[5]. Persis ab Alexandro devictis mea quidem sententia talia iam non dici poterant.

Quin etiam suspicari possumus auctorem consiliis Alexandri vel Philippi commotum esse, ut haec consilia Alcibiadi attribuerit. Itaque dialogus mea quidem sententia 340 fere anno scriptus est.

Sed ut redeam illuc, unde digressus sum, cur auctor de Alcibiade dialogum composuit? Aetas enim, qua acerrima erat disputatio atque controversia de Alcibiadis moribus[6], praeterierat, quamvis concedendum sit in scholis philosophorum et rhetorum etiam de Socrate et Alcibiade satis disputatum esse. Itaque hoc dici potest, ut coniecturam afferam, auctorem dialogo suo adolescentes Athenienses suae aetatis educare voluisse,

[1] cf. p. 29 s.

[2] cf. Wendland, l. l. p. 72 f. (cf. p. 18).

[3] cf p. 60.

[4] cf. Zeller l. l. p. 260. „Trägt nicht auch das viele Gerede vom Dämonium (103, 105 D, 124 C) die Farbe der späteren, gerade dieses Ausserordentliche in der Erscheinung des Sokrates mit Vorliebe hervorkehrenden Auffassung?“

[5] p. 105 C . . . διαβῆναι δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐξέσται σοι οὐδ' ἐπιθέσθαι τοῖς ἐκεῖ πράγμασι κτλ.

[6] cf. Bruns, Liter. Portr. p. 509 ss.

ut rempublicam a Macedonibus servaret. Sic impetus in eos, qui rei publicae praeerant, intellegi potest, qui non veram virtutem noverant. Eam ob rem auctor Gorgiam imitatus est clarissimum dialogum Platonis[1] Menonis lenitudinis nullo modo ratione habita. Alcibiadis persona quasi tota iuventus illius aetatis educatur.

Sed quis fuit auctor? Platonem non esse auctorem paucis complector: Doctrina amatoria a Platone plane abhorret. Praeterea mores Socratis et Alcibiadis describuntur ratione plane a Platone aliena. Accedit manifesta Xenophontis imitatio. Quid? Plato ipse sententias Euthydemo et Dionysodoro attributas et in Menone a Socrate refutatas in alio dialogo Socrati attribuisset? Denique in dialogo nonnulla verba exstant a Platonis dictione aliena[2].

Videtur igitur dialogus compositus esse a discipulo quodam Academiae post Platonem mortuum, quare etiam illustratur, quomodo factum sit, ut scriptis genuinis Platonis attribueretur. Qualis est auctor? Pusilli ingenii auctor fuit, qui Xenophontem imitatus est et duobus locis res affert admodum supervacuas hac sola causa, ut scientiam suam ostentet: cf. p. 111 C et p. 130 D. Sed hoc concedendum est auctorem Platonis opera lectitasse, ita ut semper enuntiatis Platonis utatur; neque solum Platonem lectitavit, sed etiam Xenophontem, Euripidem (p. 113 C), Aristophanem (p. 120 A, 135 C), ignotum poetam (p. 121 D). Homeri locos affert (p. 111 D, 132 A)[3]. Sed, ut erat pusillo ingenio, non propria via progressus, dialogum nonnullis partibus undique expressis conglutinavit.

[1] cf. Gomperz, Griechische Denker II² p. 277.

[2] cf. Ast l. l. p. 459: . . . Ausdrücke, die wir in den Schriften des Pl. nicht finden, wie μαγεία 122 A, κοινῇ βουλῇ 119 B, 124 B, ἐπιφάνεια (Ruhm oder Auszeichnung) 124 C, κρήγυος 111 E, δουλοπρέπεια (im Gorgias 485 B 518 A finden wir δουλοπρεπές) und ἐλευθεροπρέπεια daselbst; αὐτὸ τὸ (das selbst für sich, die reine Selbstheit) 129 B. u. a.

[3] cf. Cobetum l. c. p. 371 infra.

Excursus.

De Alcibiade II.

Hunc parvum dialogum Platoni abiudicandum esse inter omnes viros doctos constat. Sed quis auctor fuerit, qua aetate compositus sit, adhuc nondum diudicatum est. Quam ob rem pauca de hoc dialogo, praesertim cum in eo Alc. I adhibitus esse videatur, disputare constitui. Imitatus est auctor praeter Alc. I Gorgiam, Protagoram, Convivium, Leges, ita ut paene putari possit eundem auctorem utrumque dialogum scripsisse. Affero primum imitationes:

A. I p. 118 E. Τί δ' ἂν αὖ Κλεινίαν λέγοις, μαινόμενον ἄνθρωπον . .	A. II p. 138 C. ἀλλὰ cὺ μὲν, ὦ Cώκρατες, μαινόμενον ἄνθρωπον εἰρηκας . .
p. 105 A ss. δοκεῖc γάρ μοι εἴ τιc coι εἴποι θεῶν, ὦ Ἀλκιβιάδη, πότερον βούλει ζῆν ἔχων ἃ νῦν ἔχειc, ἢ αὐτίκα τεθνάναι, εἰ μή coι ἐξέcται μείζω κτήcαcθαι . . . καὶ τοῦτο ἐνδειξάμενοc μέγιcτον δυνήcεcθαι ἐν τῇ πόλει, ἐὰν δὲ ἐνθάδε μέγιcτοc ᾖc, καὶ ἐν τοῖc ἄλλοιc Ἕλληcι, καὶ οὐ μόνον ἐν Ἕλληcιν, ἀλλὰ καὶ καὶ ἐν τοῖc βαρβάροιc, ὅcοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν οἰκοῦcιν ἠπείρῳ . .	p. 141 A—B. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί cε πρῶτον, εἴ coι ἐμφανὴc γενόμενοc ὁ θεὸc πρὸc ὃν τυγχάνειc πορευόμενοc ἐρωτήcειε, πρὶν ὅτι οὖν εὔξαcθαί cε, εἰ ἐξαρκέcει coι τύραννον γενέcθαι τῆc Ἀθηναίων πόλεωc· εἰ δὲ τοῦτο φαῦλον ἡγήcαιο καὶ μὴ μέγα τι, προcθείη καὶ πάντων Ἑλλήνων· εἰ δέ cε ὁρῴη ἔτι ἔλαττον δοκοῦντα ἔχειν, εἰ μὴ καὶ πάcηc Εὐρώπηc ὑποcταίη coι, καὶ τοῦτο μὴ μόνον ὑποcταίη coι, αὐθήμερόν cου βουλομένου ὡc πάνταc αἰcθήcεcθαι, ὅτι Ἀλκιβιάδηc ὁ Κλεινίου τύραννόc ἐcτι . . .
Gorg. p. 470 D. ἀλλὰ μήν, ὦ Cώκρατεc, οὐδέν γέ cε δεῖ παλαιοῖc πράγμαcιν ἐλέγχειν· τὰ γὰρ ἐχθὲc καὶ πρῴη γεγονότα ταῦτα ἱκανά cε ἐξελέγξαι ἐcτί . . sequitur historia Archelai.	p. 141 D. οἶμαι δέ cε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἔνιά γε χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγενημένα . . . sequitur historia Archelai.
Gorg. p. 469 D E. εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούcῃ λαβὼν ὑπὸ μάληc ἐγχειρίδιον . . . ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων ὧν ὑc ὁρᾷc αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι . . .	p. 143 E. Οἰηθέντι βέλτιον εἶναι Περικλέα τὸν cαυτοῦ ἐπίτροπόν τε καὶ φίλον, ἐγχειρίδιον λαβόντα, ἐλθόντα ἐπὶ τὰc θύραc . . . βουλόμενον ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐκεῖνον . .
Gorg. p. 455 B. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέcεωc ᾖ τῇ πόλει cύλλογοc, . . . ἄλλο τι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸc οὐ cυμβουλεύcει . . . οὐδ' ὅταν τειχῶν περὶ οἰκοδομήcεωc ἢ λιμένων καταcκευῆc . . . οὐδ αὖ ὅταν cτρατηγῶν αἱρέcεωc πέρι ἢ τάξεώc τινοc πρὸc πολεμίουc . . cυμβουλὴ ᾖ	p. 144 E s. Οὐκοῦν οἱ ῥήτορεc αὐτίκα ἤτοι εἰδότεc ξυμβουλεύειν ἢ οἰηθέντεc εἰδέναι, ξυμβουλεύουcιν ἑκάcτοτε, οἱ μὲν περὶ πολέμου τε καὶ εἰρήνηc, οἱ δὲ περὶ τειχῶν οἰκοδομίαc ἢ λιμένων καταcκευῆc . . .
Gorg. p. 503 D. ὁ ἀγαθὸc ἀνὴρ καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιcτον λέγων, ἃ ἂν λέγῃ, ἄλλο τι οὐκ εἰκῇ ἐρεῖ, ἀλλ' ἀποβλέπων πρόc τι; cf. p. 504 D; A. I p. 107 E. πρὸc τί βλέπων ὁ παιδοτρίβηc	p. 145 B. Socr. Ουκοῦν πρόc τι ἀποβλέπων ἀμφοτέρουc; Alc. Ναί. Socr. Ἆρ' οὖν τὸν τοιοῦτο ξυμβουλεύειν εἰδότα, χωρὶc τοῦ πότερον βέλτιον καὶ ὅτε βέλ-

[1] Ernst Bickel, Ein Dialog aus der Akademie des Arkesilas, Archiv für Philosophie, Abt. I, 17 NF 10. 1904 p. 461. cf. etiam Ast, l. l. p. 441—446: Socher l. c. p. 150—154; Müller I l. c. p. 507 ss. Raeder, l. l. p. 23. — Usener, Unser Platotext p. 43 (Nachrichten von d. kön. Gesellschaft der Wiss. etc. zu Gött. 1892 p. 25 ss.). — Stallbaum V, 1 p. 305—312.

συμβουλεύσειεν; .... ἆρα τούτοις δεῖ προσπαλαίειν, οἷς βέλτιον . . . τοσαῦτα ὅσα ἄμεινον . . καὶ τόθ' ὅτ' ἄμεινον (cf. p. 107 D).

Gorg. p. 470 B.

. . . ἄλλο τι ἢ ὁμολογοῦμεν, ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα (idem p. 468 E, 469 C, 466 C, 468 B, 508 D, ita ut facile memoria teneri posset.) p. 470 A Οὐκοῦν . . τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθόν τε εἶναι . . .

A. I p. 108 B.

. . ὀρθῶς δὲ δήπου ἔχει τὸ κατὰ τὴν τέχνην γιγνόμενον . .

Gorg. p. 481 E.

οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος cf. Phaedo p. 96 B.

Gorg. p. 464 C.

πρὸς τὸ βέλτιστον θεραπεύειν . .

D. τοῦ βελτίστου οὐδὲν φροντίζει

465 A. στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου . .

τιον φρόνιμον καλεῖς; Alc. Οὐ δῆτα. Socr. Οὐδέ γε, οἶμαι, ὅστις τὸ πολεμεῖν αὐτὸ οἶδε χωρὶς τοῦ ὁπότε βέλτιον καὶ τοσοῦτον χρόνον ὅσον βέλτιον· ἢ γάρ;

Alc. Ναί. Socr. Ουκοῦν οὐδὲ εἴ τίς τινα ἀποκτιννύναι οἶδεν οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι καὶ φυγάδα ποιεῖν τῆς πατρίδος, χωρὶς τοῦ ὁπότε βέλτιον καὶ ὅντινα βέλτιον;

Alc. Οὐ μέντοι.

Socr. Ὅστις ἄρα τι τῶν τοιούτων οἶδεν, ἐὰν μὲν παρέπηται αὐτῷ ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη — αὕτη δ' ἦν ἡ αὐτὴ δήπου ἥπερ καὶ ἡ τοῦ ὠφελίμου· ἢ γάρ; Alc. Ναί.

p. 145 D.

. . τί καλεῖς ὃς ἂν εἰδῇ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βέλτιον γιγνόμενον; . . .

p. 146 A.

λέγω δὲ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν τέχνην βέλτιστον γιγνόμενον

p. 147 E.

μεταβαλλόμενός γέ τοι ἄνω καὶ κάτω . . .

p. 143 E.

κακὸν ἄρ', ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ἡ τοῦ βελτίστου ἀγνοία καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον . . .

p. 144 A . . τῷ ἀγνοοῦντι τὸ βέλτιστον . . .

501 B. προμήθειάν τινα ἔχουσαι τοῦ βελτίστου . . .

p. 502 A. πρὸς τὸ βέλτιστον βλέπων . . .

E. πρὸς τὸ βέλτιστον ἀεὶ λέγειν . . .

Protag. p. 332 C—E.

Φέρε δή, ἦν δ' ἐγώ, ἔστι τι καλόν; Συνεχώρει. Τούτῳ ἔστι τι ἐναντίον πλὴν τὸ αἰσχρόν; Οὐκ ἔστιν. .... Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἐναντίων ἓν μόνον ἐστὶν ἐναντίον καὶ οὐ πολλά; Συνωμολόγει. .... ὡμολογήκαμεν ἓν ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι, πλείω δὲ μή; Ὡμολογήκαμεν. .... Ἐναντίον ἄρ' ἐστὶν ἀφροσύνη σωφροσύνῃ.

Φαίνεται. Μέμνησαι οὖν ὅτι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡμολόγηται ἡμῖν ἀφροσύνη σοφίᾳ ἐναντίον εἶναι; Συνωμολόγει. Ἓν δὲ ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι; Φημί. κτλ.

Leges 931 B.

Οἰδίπους, φαμέν, ἀτιμασθεὶς ἐπεύξατο τοῖς αὑτοῦ τέκνοις, ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν . . .

D. κινδυνεύει τό γε τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν κτῆμα, ἐάν τις ἄνευ τοῦ βελτίστου κεκτημένος ᾖ, ὀλιγάκις ὠφελεῖν . . .

Idem in sequentibus paragraphis

p. 139 A ff.

Socr. . . περὶ φρονήσεως καὶ ἀφροσύνης ἆρά γε τὴν αὐτὴν ἔχεις γνώμην;

Alc. Πῶς λέγεις;

Socr. Εἰ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα, ἢ ἔστι τι διὰ μέσου τρίτον πάθος, ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον μήτε ἄφρονα;

Alc. Οὐ δῆτα.

Socr. Ἀνάγκη ἄρα ἐστὶ τὸ ἕτερον τούτων πεπονθέναι.

Alc. Ἔμοιγε δοκεῖ.

Socr. Οὐκοῦν μέμνησαι ὁμολογήσας ὑπεναντίον εἶναι μανίαν φρονήσει;

Alc. Ἔγωγε.

Socr. Οὐκοῦν καὶ μηδὲν εἶναι διὰ μέσου τρίτον πάθος, ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον μήτε ἄφρονα εἶναι;

Alc. Ὡμολόγησα γάρ.

Socr. Καὶ μὴν δύο γε ὑπεναντία ἑνὶ πράγματι πῶς ἂν εἴη;

Alc. Οὐδαμῶς.

p. 138 C.

τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι χαλκῷ διελέσθαι τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς. . . . τοιγαροῦν ταῦτα ἐξετελέσθη, καὶ ἐκ τού-

p. 934 D. μαίνονται μὲν οὖν πολλοὶ πολλοὺc τρόπουc· κτλ.	των ἄλλα πολλὰ καὶ δεινά, ἃ τί δεῖ καθ' ἕκαcτα λέγειν; cf. p. 140 C—D.

In fine dialogi auctor Convivium Platonis imitatus fingit Alcibiadem Socratem magistrum corona ornantem[1]. — Alios locos Platonis similes Bickelius affert. —

Atque auctor Alc. I philosophatur βέλτιον (liceat mihi Graecis verbis uti) esse id, quod arte quadam adhibita fit, velut in gymnastico (παιδοτρίβᾳ) esse βέλτιον hoc γυμναcτικώτερον, in republica administranda δικαιότερον. Hoc ipsum βέλτιον est etiam utile (τὸ cυμφέρον), quod homines beatos reddit. De hac parte supra accuratius egi.

Contra auctor Alc. II, qui hanc partem imitatur, duobus locis exceptis, quibus idem intellegit[2] (p. 145 D τί καλεῖc ὃc ἂν εἰδῇ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βέλτιον γιγνόμενον [cf. p. 35]; p. 146 A λέγω δὲ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν τέχνην βέλτιcτον γιγνόμενον, qui loci verbo tenus ex Alcibiade I expressi sunt), hoc βέλτιον idem esse statuit atque τὸ βέλτιcτον, scilicet τὸ ὠφέλιμον. Separat enim auctor duas res: Qui scit αὐτὸ τὸ ἀποκτιννύναι, nondum scit, quando haec scientia adhibenda sit (ὁπότε βέλτιον ἑνὶ ἑκάcτῳ τούτων χρῆcθαι, p. 145 E). Ii enim, qui tantum sciunt artem quandam (ἱππικοί, πυκτικοί, αὐλητικοί) nondum sapientes (= φρόνιμοι) sunt (p. 145 D δοκεῖ οὖν cοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν περὶ τούτων ἐπιcτήμονα ὄντα ἄρα καὶ ἄνδρα φρόνιμον εἶναι, ἢ πολλοῦ φήcομεν ἐνδεῖν; — Πολλοῦ μέντοι νὴ Δία). Deest enim his scientia optimi (ἡ τοῦ βελτίcτου ἐπιcτήμη), quae quidem passim praedicatur. Auctor igitur contra Platonis philosophiam separat scientiam ab beatitudine. Expressit auctor notionem βέλτιcτον ex locis quibusdam Gorgiae, quos modo attuli; sed in Gorgia aliud valet. Loquitur enim Plato de moribus emendandis (p. 502 E ὅπωc οἱ πολῖται ὡc βέλτιcτοι γένωνται), auctor Alc. II de vulgari utilitate. Contra auctor Alc. I non a Platonis doctrina abhorret; de-

[1] cf. Xen. Mem. I 3, 1—2.
[2] Contra Resp. p. 341 E ss.
[3] p. 145 D.

monstratur enim a Socrate scientiam et beatitudinem, iustitiam et utilitatem separari non posse.

Itaque constat non eundem auctorem utrumque dialogum scripsisse[1]. Accedit, quod in altero dialogo Alcibiades mori mavult quam ignavus esse (A. I p. 161 D), in altero omnem gloriam spernit, si interit in gloria acquirenda (A. II, p. 141 C)[2].

Alc. II igitur post Alc. I compositus est, id est post annum 340. Et quia eum tam plane imitatur, non aliter atque alios Platonis genuinos dialogos, constare videtur auctorem Alc. II Alc. I iam genuinum Platonis dialogum esse putavisse. Totus dialogus scholae et doctrinae signum in fronte gerit; imprimis impetus in eos, qui rempublicam administrant, factus ridiculi aliquid habet (p. 145 E, 144 E)[3].

Quis auctor fuerit, vix dici potest. Usenerus putat l. l. forma quadam grammatica patriam inveniri posse. Fortasse discipulus iuvenilis Academiae erat. Quomodo enim brevis dialogus Platonis scriptis genuinis attributus est? Sed nihil certi dici potest neque umquam poterit.

[1] Tamen auctor A II ipse quoque Xenophontem adhibuisse videtur.

[2] Fortasse auctori duo loci Euthydemi obversati sunt. Plato hisce locis philosophatur hoc modo: Homines non beati sunt rebus bonis, nisi scientia recte usurpandi accedit: p. 280 E Ἆρ' οὖν, ὦ Κλεινία, ἤδη τοῦτο ἱκανὸν πρὸc τὸ εὐδαίμονα (γενέcθαι) ποιῆcαί τινα, τό τε κεκτῆcθαι τἀγαθὰ καὶ τὸ χρῆcθαι αὐτοῖς; scientia potius paranda est: p. 288 D ἡ δὲ φιλοcοφία κτῆcιc ἐπιcτήμηc.

[3] cf. Usener, l. l. E. verrät seine Zeit durch Formen wie ἀποκριθῆναι 149 B οἴδαμεν 142 A 145 D ἐνδεεcτέρωc 148 A προχειροτέρωc 144 E, durch Strukturen wie ξυμβαίνει ὥcτε 148 CD εἰc δύναμιν τὴν ἐμήν 140 A εἰc τὸ παρῆκον τοῦ χρόνου „bis auf die Gegenwart“ 148 C, durch die Verwechselung des fragenden und des relativen Pronomens 145 B, durch den Wortgebrauch wie εἰπεῖν für „fragen“ 143 E, τὸ εἰδόc „das Wissen“ (wie seit Philon τὸ cυνειδόc, das Gewissen) — cf. Stallbaumium.

Vita.

Natus sum Henricus Arbs a. d. XV Kal. Octobris a. 1881 Rendesburgae, in oppido Holsatiae ad Eidoram flumen sito, patre Henrico, matre Augusta e gente Thielemann. Fidem profiteor evangelicam. A. 1891 discipulus gymnasii Rendesburgensis factus sum. Vere a. 1902 maturitatis testimonio instructus Kiliam me contuli philologis studiis operam daturus. Aestate a. 1903 Monachii versatus artibus magis studui quam litteris. Unde Venetiam profectus sum. In patriam reversus adhuc Kiliae philologis studiis operam dedi. Vere a. 1904 egregia erga me benevolentia Sudhausii et Wendlandii factum est, ut in seminarium philologorum Kiloniense reciperer, cuius sodalis ordinarius per quater sex menses fui. Antea sodalis proseminarii per ter sex menses fui.

Docuerunt me viri doctissimi:

Milchhöfer †, Noack, Schöne, Sudhaus, Wendland, Deussen, Martius, Daenell, Rodenberg, Volquardsen, Baumgarten, Berger, Schaeder, Wolff Kilonienses.

Monachii: Crusius, Friedrich, Preuss, Weymann. Praeterea Kiliae interfui exercitationibus archaeologicis Noacki, historicis Rodenbergi, Volquardseni, philosophis Deusseni.

Omnibus praeceptoribus gratias ago quam maximas, prae ceteris Sudhausio et Wendlandio, quorum opera et consilio veteres auctores legere et intelligere didici. Wendlandius mihi suasit, ut huic Platonis dialogo operam darem, et benigne opusculo meo favit.